Legio III. Parth. Severiana 7420 a κ. — centurio 7420 a κ.
Leg. VI. vic. *ibd.* — centurio *ibd.*
Leg. VIII. G. f. 7421 δ.
Leg. VIIII. Hisp. 7420 α. — trib. mil. 7420 α.
Leg. XX. V. V. 7420 a κ. — centurio 7420 a κ.

3. *Cohortes.*

d. *Cohortes auxiliares.*

Coh. p. Asturum 7414 β. — praef. 7414 β.
Coh. I. Fl. eq. 7420 a ρ. — centurio 7420 a ρ.
Coh. I. ∞ Hem. Gordiana sagitt. eq. c. R. 7414 a α.

5. *Equitum et peditum numeri varii.*

Corporis custodes, ex collegio Germanorum 7420 a ρρ — ττ.
decuria 7420 a ρρ — ττ.
Exploratores Divitienses 7420 b α.
ex praefecto 7420 b α.
Peregrini 7416 ϑ.
ex principe 7416 ϑ.
Pedes singularis 7420 a ϛ.

7. *Munera militaria; cf. legiones, cohortes, numeros; praeterea nota:*

Caligatus 7420 a μ.
Centurio leg. 7420 b α.
c. ex dec. eq. sing. imp. 7420 a λ.
Evokatus 7420 a λλ.
e. Aug. 7420 e α.
Familia rationis castrensis 7420 a ϑϑ.
Ex officio rationis (castr.) 7420 a ε.
A militiis 7120 a α.
Notarius legati 7420 a εε.
Officium praef. praetori 7420 εε.
A tabulario castrensi 7420 a λλ.

8. *Militaria varia:*

Collegia militaria *v. in collegiis.*
Expeditio felix orientalis (Caracalli) 7420 a ππ.
Militia quarta 7420 b α.
Tabularium principalium 6608 *Corr.*

IX. RES MVNICIPALIS.

1. *Civitas.*

Plebs 7419 γ.
Cives municipiorum in curias divisi: c. Antoniniana, Augusta, Papiria, Saturnia, Traiana *Lambaese ad* 7420 f α.
c. Sabina, seniores, fl. pp., immunes pp. eius *ibd.* 7420 f α.
c. XXIII *Turribus* 7420 e β.
cf. Indicem IX, pp. 151 et 169.

2. *Ordo* castelli Arsagalitani 7420 f β.

3. *Honores et munera maiora.*

IIvir *Lambaese* 7420 a α.
Duumviralicius *ibd.* 7420 a α.
Quaestores *Praeneste* 6601 *Corr.*
Defensores 7420 e α.

X. COLLEGIA SACRA, PVBLICA, PRIVATA.

Collegium Apollinarium *Pompeiis* 7419 β.
Collegium dendrophorum *Pollentiae* 7414 δ.
Collegium Germanorum 7420 a ρρ — 7420 a ττ.
Collegia militum 7420 a μμ — 7420 a οο.
quaestor 7420 a ξξ. 7420 a οο.
lex 7420 a νν.
arca 7420 a μμ. 7420 a νν.
scamnarium 7420 a μμ. 7420 a νν.
anularium 7420 a μμ. 7420 a νν.
Collegium scabillariorum quibus ex s. c. coire licet *Puteolis* 7421 α. β. γ.
quinquennalis 7421 γ.

XI. ARTES ET OFFICIA PRIVATA.

Agitator factionis albae 7419 d β.
Mensores (agrarii) 7420 e α.
Procurator (hominis privati) 7420 a νν.

XII. NOTABILIA VARIA.

Aquaeductus Titulensis *Lambaese* 7420 a β. 7420 a γ.
a. leg. III. Aug. 7420 a δ.
Cautio testamento facta 7421 δ.
Collactitius 7419 c γ.
Iustitiale 7419 d β.
Mesolaeum Romae in praediis alicuius 7420 a ϑ.
Munus gladiatorium 7419 γ.
Pupa 7419 c β.
Reges IIII Bavarum 7414 γ.
Rigor 7420 e α.
Saepta lignea 7419 γ.
Seiuges 7419 d β.
Septizonium *add. ad. c. XII fin.*
Sponsus 7419 c α.

XIII. NOTAE.

P R Q populus Romanus Quiritium 7419 α.
QVADR quadriga, R revocatus } 7419 d β.
SCRI scripsit 7420 a δδ.
SEC secundas tulit, SVM SVM summa summarum } 7419 d β.
TER tertias tulit, VIC vicit } 7419 d β.
V P P P M C vir perfectissimus praeses prov. Mauretaniae Caesariensis 7414 a β.
V P P P N vir perf. praes. prov. Numidiae 7416 ϑ. 7420 a β. 7420 a γ. 7420 a δ.

INSCRIPTIONVM LATINARVM

CAPVT I.

GEOGRAPHICA.

§. 1. VRBS AETERNA.

N. 2 praeter neglectas formas litterarum, distributionem versuum, compendia verborum recte apud Orellium legitur: exemplum autem accuratissimum habes apud Sarti et Settele, appendix ad Dionysii opus de cryptis Vaticanis, p. 95.

N. 9 et 10. Tertium *canaliclarii* exemplum v. n. 6785.

N. 15. Inscriptionem Graecam in eodem lapide exaratam v. C. I. Gr. 5884; sed temere Franzius vocem KAICAPI eiiciendam esse indicat: annus enim indicatur 205, quo Antoninus Aug. II et Geta Caesar consules processere.

N. 19 ex antiquissimo Signorilii apographo apud Mazocchium (fol. XIII) quidem conservato, sed corrupto, rest. de Rossi *(Giorn. Arcad.* 1852, t. 127) *le prime raccolte d'antiche iscrizioni* p. 51: IMP . NERVA . CAESAR . AVG*ustus* . *germanicus* . PONT . MAX ‖ TRIB . POTEST II(I ?) . IMP . II . COS . IIII . (PROCOS (?). *p. p. aedem* . *mi*NERVAE . FECIT.

N. 22, v. 5. DIAṆA (sic); v. 6 post NOV nihil deest. Vidi ipse in Museo Capitolino.

N. 24. Probianus praefectus urbi a. 416; cf. Marini, I. A. p. 44; Kellermann, apud Orellium, Anall. epigr. p. 34.

N. 25, v. 2, l. *cos.* DESIGN sine lacuna; vidi in porticu tabularii.

N. 27, v. 1. C. LEPIDIVS; cf. Mommsen, Inscr. Neap. 6850.

N. 29, v. ult. TANTIS OPERIBVS legit Anon. Einsiedl.

N. 31. DE . S . S, et in fine EIDEMQVE . PROBAVIT; N. Signorili, apud de Rossi, l. l. p. 101. In exemplo superstite est *de s*EN . SENT. Cf. 3267.

N. 39 accuratius descripta versibusque distinctis exstat apud Feam, *frammenti di Fasti* p. 77; vidi ipse in Mus. Vat. Corrige in exempli Orelliani vv. 5 et 12: CL; 10, 15, 20: EXSTRVAT cet.; v. 19. SEIO; v. 20. COLVMNA (sic) CENTENARIAE; v. 23. DOMINI; v. 24. ADSIGNARI; v. 25. CETERORVM; v. 26. SEPT et ISDEM.

N. 41 legitur in eadem tabula cum n. 2437; Mommsen, I. N. 6851.

N. 42 v. n. 6057.

N. 49, v. 1. interpretare: *Iovi O. M. Heliopolitano*; v. 6. SACERDOTE; denuo legitur n. 1712. Ipse vidi in hortis Vaticanis.

N. 50. Q . LEPIDVS . M . F . M . LOLLIVS . M . F . COS cet. et ab altero latere: M . LOLLIVS . M . F . Q . LEPI . . . . . COS cet. De Rossi, *le prime raccolte* cet. p. 62, qui vidit; cf. Mommsen, *Epigr. Anal.* n. 17, ex *Berichte d. S. Ges. d. Wissensch.* 1850, p. 320; Nibby, *Roma antica*, p. 174. In fine ab altero latere pro IDEMQVE PROBAVIT legitur EIDEMQVE PROBAVEIT.

Regio II.

5077. ISIDI · REGINAE · ‖ PRO · SALVTE · ET · INCOLVMITATE ‖ IMPP · CAESS · L · SEPTIMI · SEVERI · PII · PER‖TINACIS · AVG · ARAB · ADIAB · PARTH · ‖ MAXIMI · ET ‖ M · AVRELII · ANTONINI · PII · FELICIS ‖ AVG · [· BRITT · MAX ·] ‖ PRINCIPIS · IVVENTVTIS · ET ‖ IVLIAE · AVG · MATRIS · AVG [N]

ET · ‖ CASTROR · ET [· SENATVS · ‖ ET · PATRIAE ·][1]) ‖ L · CEIVS · L · FIL · PRIVATVS · ‖ QVOD · CVM · EXAMPLIARETVR ‖ BALNEVM · SVB · PRINCEPS ‖ VOVERAT · PRINCEPS · CASTR · PEREGRINORVM · [2]) V · S · L · M — Basis marmorea, rep. prope *S. Mariae in Navicella*, in Monte Coelio. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 34, 3.

1) Quae uncis inclusi, in litura reposita sunt. Erasa enim post nomen Antonini Pii Felicis Augusti vocabula ET . GETAE . NOB . CAES; deinde pro *Aug. n.* olim in lapide erat AVGG, pro *senatus* autem *et patriae* FVLVIAE . PLAVTILLAE . AVG. 2) De militibus peregrinis et frumentariis eorumque praefecto et centurionibus cf. quae exposui Bull. Inst. Arch. 1851, p. 113 sqq.

Regio V.

5078. L · CORNELIVS · L · L · PHILARCVR[1]) ‖ FANNIA · Ɔ · L · ASIA ‖ FANNIA · Ɔ · L · SVRA · MATER ‖ P · AQVILLIVS · P · ET · FANNIAE · L ‖ APRODISIVS · DISSIGNATOR ‖ MAG · VICI · A · FORO ESQVILIN ‖ FANNIA · Ɔ · L · HELENA — Rep. in Via Praenestina, exstat Romae ad D. Pauli. *Nov. lett. Fior.* 1786, p. 295; corr. Brunn.

1) I. e. *Philargyrus.*

5079. VLPIO · EVTYCHETI NEGOTIANTI ‖ CAS · PR · [1]) VLPIA SECVNDINA CONIVGI ‖ ET FILI VLPIVS SECVNDINVS ET VL‖PIA IVLIA ET VLPIA SECVNDINA ET ‖ VLPIVS IVSTVS PARENTI DVLCISSI‖MO COMPARAVERVNT ET SIVI ET SVIS ET ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQVE *poste*‖RISQVE EORVM QVO*rum me*‖MORIA — Romae, in coemeterio D. Agnetis. Ex schedis Borghesii, cui dedit P. Marchi.

1) CAS*tris* PR*aetoriis.*

5080. DIS · MAN ‖ Q · FABIO ‖ THEOGONO ‖ PIGMENTARIO ‖ NEGOTIANTI · ESQVILIS ‖ ISDEM · [1]) AD · STATVAM ‖ PLANCI[2]) ‖ FABIA · NOBILIS ‖ PATRONO · OPTIMO · ET ‖ INDVLGENTISSIMO ‖ BENEMERENTI ‖ DE · SE · PIISSIMO ‖ FECIT ‖ ET · SIBI — Romae. Bull. Inst. Arch. 1850, p. 178, 15.

1) I. e. *idem.* 2) Fortasse L. Munatius Plancus (Matranga l. l.), cuius monumentum Caietanum v. n. 590.

Regio VI.

5081. *Thermae felices Constantinianae* commemorantur n. 6526.

Regio VIII.

5082. D · M ‖ L · MARCI · FORTVNATI ‖ NVMMVLARI ‖ DE · BASILICA · IVLIA[1]) ‖ QVI · VIXIT · ANN · XL‖II · MENS · III · DIEB ‖ XVIII · FECIT · MAR‖CIA · ZOE · CONIV‖GI · B · M · ‖ CVM · QVO · VIX · ‖ ANN · XXIII — Romae. Bull. Inst. Arch. 1850, p. 178, 12.

1) Cf. Grut. 340, 1.

5083. · · · · · · · · · · · ‖ *deorum c*ONSENTIVM SACROSANCTA SIMVLACRA CVM OMNI LO*ci cultu* (?) ‖ · · · *v*ETTIVS · PRAETEXTATVS · · V · C · PRA*efectus urbi*[1]) ‖ · · · · · · · · · · · ‖ CV-

RANTE LONGEIO · · · · ‖ · · · · · · · · · · · — Romae, in epistylio porticus detectae sub tabulario a. 1835. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 34.

1) Vettius Agorius Praetextatus (cf. Grut. 309, 2, 3, 4; 310, 1; 486, 3; 1102, 2) urbi praefectus erat a. 367.

5084. M · ACILIO · M · F · CANIN . . ‖ Q · VRB ‖ NEGOTIATORES · EX · AREA ‖ SATVRNI — Romae, in Mus. Vat. ubi vidi; litterae satis vetustae sunt.

5085. · · · · · · ‖ · · · ANVS ‖ *post aedem* CASTORIS · DECVRIO ‖ · · · · · · · · INIANAE ‖ · · · · · *nice*PHOR · FABER · ARG · ‖ *ad vo*RTVMNVM[1] ‖ · · · · VIXIT · CVM · SVIS ‖ · · · · A ‖ · · *phi*LEROS · F — Romae. Sarti et Settele, ad Dionysii opus de cryptis Vaticanis appendix, Romae 1840, fol. p. 62.

1) Cf. Grut. 96, 3: „*Vortumnus temporibus Diocletiani et Maximini*, in basi marmorea eff. a. 1549 in vico Tusco inter columnas templi Iulii (quod Castorum nunc a plerisque creditur) aedemque D. Theodori, et clivum palatii maioris hortosque Consolationis"; Mommsen, Gerhardi *Arch. Ztg.* 1846, p. 227.

5086. P · SERGIVS · P · P · L ‖ DEMETRIVS ‖ VĪNARIVS · DE · VELABRO ‖ SERGIA · P · P · L · RVFA · VXOR ‖ P · SERGIVS · P · ET · Ɔ · L · BASSVS · ‖ ARBITRATV · RVFAE · VXORIS — Romae, in Via Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 312, n. 12.

5087. C · CLODIVS · C · L · EVPHEMVS ‖ NEGOTIATOR · PENORIS ‖ ET · VINORVM ‖ DE · VELABRO · A · IIII · SCARIS[1] ‖ ARAM · POSVIT · SIBI ‖ CONSECRAVIT ‖ DEDICAVITQVE ‖ LIBERTISQVE · SVIS ‖ POSTERISQVE · EORVM — Romae, in Museo Lateranensi. Bull. Inst. 1849, p. 57.

1) Cf. *aquam cernentem quattuor scaros sub eadem*, in Curioso Urbis et Notitia, ubi etiam Preller (*Reg.* p. 151) *Scauros* legit.

5088. De locis, quibus in Capitolio tabulae, quae dicuntur honestae missionis, affigebantur, disputavit Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1845, p. 119 sqq., qui haec recensuit: IN CAPITOLIO · POST · AEDEM · IOVIS · O · M · IN BASI · Q · MARCĪ · REGIS PR, tab. aenea reperta in vico Geiselbrechting Bojoariae superioris, ed. Föringer, *Oberb. Archiv.* vol. IV. 1843, et vol. VI, 1845 (v. n. 6858); IN · CAPITOL · AD · LATVS · SINISTR · AEDIS · THENSAR · EXTRISECVS, Arneth, *Militärdipl.* L, p. 27 (n. 5407.); IN · CAPITOLIO · IN · BASI · COLVMNAE · PARTE · POSTERIORE · QVAE · EST · SECVNDVM · IOVEM · AFRICVM, l. l. IV, p. 39 sqq. (n. 5430); IN CAPITOLIO IN ARA GENTIS IVLIAE, Cardinali, Dipl. II = Or. 737; IN CAPITOLIO AD ARAM, Card. op. l. III = Marini, Arv. p. 450 cet.; IN CAPITOLIO · IN · PODIO · ARAE · GENTIS · IVLIAE · LATERE · DEXTRO · ANTE SIGNVM · LIB · PATRIS, Card. IV = Marini, Arv. p. 460 cet.; IN CAPITOLIO · AD ARAM · GENTIS · IVLIAE · DEFORAS · PODIO · SINISTERIORE, Card. V = Grut. 573, 1 = Marini, Arv. p. 454, cet.; IN CAPITOLIO · INTRO · EVNTIBVS · AD SINISTRAM · IN MVRO · INTER DVOS · ARCVS, n. 5418 = Card. VI = Arneth III. IV; IN CAPITOLIO · AEDIS · FIDEI ·

POPVLI · ROMANI · PARTE · DEXTERIORE, Card. I = Mar. Arv. p. 448, Or. 2652 cet.; IN CAPITOLIO · POST AEDEM FIDEI P · R· IN MVRO, Arneth VI = n. 5428; INCAPITOLIO POST TROPAEA (*Germanici*) *quae sun*T AD AEDEM FIDEI P · R ·, Card. VII = Marini, Arv. p. 456, cet. Ad haec adde ex tabula in Dacia reperta atque in Bull. Inst. Arch. 1848, p. 24 edita pleniorem huius loci indicationem: IN CAPITOLIO POST · TROPAEA GERMANICI · IN TRIBVNALI QVAE SVNT · AD AEDEM FIDEI P R (v. n. 5433).

Regio IX.

5089. AVSTORIBVS [1]) IN CVPA · VNA · NVMM · XXX · || TABVLARIIS IN · SINGVLIS · APOCIS NVMM XX · || EXASCIATORI IN CVPA VNA NVMM · X || FALANCARIIS [2]) QVI DE CICONIIS [3]) AD TEMPLVM CVPAS || REFERRE CONSVERVNT NVMM · · · · || CVSTODIBVS CVPARVM · · · · · · || DF (sic) AMPVLLIS · PLACVIT VT POST DEGVSTATI*onem* || POSSESSORI REDDANTVR || PROFESSIONARIIS DE CICONIIS STATIM VT AD*VENERET* [4]) || VINVM IN VNA CVPA *NVMM · CXX* — Rep. Romae; nunc maior pars exstat in R. Museo Neapolitano, minor principia continens versuum 1—4 in Mus. Vat. — Marini, *Giorn. Pisano* XVI, p. 192; Kellerm. Vig. nota ad 300; corr. Mommsen, I. N. 6830. Quae inclinatis litteris exhibentur, hodie desiderantur.

1) I. e. *haustoribus* K. 2) *phalangarii* geruli sunt, qui phalangis onera gestant; Id. 3) Locus notus regionis IX *ad ciconias nixas* appellatus. 4) ADVENRRIT (sic) Marini ubi citat in Arv.; l. ADVEXERIT Mommsen.

5090. D · D · N · N · ARCADIVS · ET · HONORIVS · *invicti et* || PERPETVI · AVGG · THEATRVM · POMPEI · *collapso* || EXTERIORE · AMBITV · MAGNA · ETIAM · *ex parte* || INTERIOR VIRTVTE · [1]) CONVVLSVM · *ruderibus* || SVBDVCTIS · ET · EXCITATIS · IN VICE*m fabricis* || *novis restituerunt* — Romae in theatro Pompeii. Anon. Einsiedl. L; Fabr. 678, 45; Mur. 465, 4; rest. Mommsen, *Epigr. Anal.* 14, in *Berichte d. K. S. Ges. d. W.* 1850, p. 307.

1) INTERIORE EX PARTE, Fabr.; INTERIORE . RVENTE, Mommsen.

Regio XI.

5091. A · FVFICIVS · A · L · ZETHVS || MELLAR · A · PORT· TRIGEM [1]) || SVLPICIA · P · L · SECVNDA || A · FVFICIVS · A · ET · SECVNDAE · L || PRIMIGENIVS · V · A · XVII — Romae. Sarti et Settele, de cryptis Vatic. p. 150.

1) Cf. Maff. M. V. 130, 5: *librarius ab extr. porta trigemina.*

Regio XII.

5092. CVCVMIO ET VICTORIA || SE VIVOS FECERVNT || CAPSARARIVS [1]) DE ANTONINIANAS [2]) — Romae. Marchi, *Mon. primit. delle arti cristiane* I, p. 27; Garrucci, *piombi* p. 47; vidi ipse in aedd. Chablais.

1) Pro *capsarius*; cf. *capsarara* Reines. XX, 268, qui male corrigendum censuit. 2) Sc. thermas.

5093. P · CACVRIVS · P · L · L ‖ PHILOCLES · AB ‖ ARA · MARMOREA[1]) ‖ CACVRIA · P · L · CALLIOPA ‖ MAELIA · GE · CACVRI · R · · — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. 1852, p. 312, n. 13.

1) Locus Urbis mihi quidem ignotus; cf. Fabr. 641, 357 (Or. 4224).

5094. C · SVLPICIVS · C · L · BATTARA ‖ NVMVLARIVS · A · MERCVRIO ‖ SOBRIO[1]) · ET · SVLPICIA · HILARI[2]) ‖ C · SVLPICĪ · BATTARAE · L — Romae in V. Latina. Exscr. mihique dedit de Rossi.

1) Locus Urbis ignotus. 2) HILARI*s*.

5095. L · POBLICIVS ‖ MONTANVS ‖ · · · CARIVS · AB ‖ *porta f*ONTINAL — SAFINIA ‖ ATTICE ‖ VXOR · EIVS ‖ VIX · AN · XXIV — Aquilae, rep. tamen Romae. Mur. 1727, 2; Mommsen, I. N. 6891.

5096. VIA CAMPANA v. in titulo n. 6660. — VIA LIGNARIA TRIVMPHALIS n. 6929.

5097. IMP · CAESAR · DIVI ‖ NERVAE · F · NERVA ‖ TRAIANVS AVG ‖ GERM · DACICVS ‖ PONT · MAX · TR · POT · XIII ‖ IMP · VI · COS · V ·[1]) P · P ‖ AQVAM · TRAIANAM ‖ PECVNIA · SVA ‖ IN VRBEM PERDVXIT ‖ EMPTIS · LOCIS ‖ PER LATITVD · P · XXX — Prope *Conettam*, X m. p. a Roma in via ducente ad lacum Sabatinum. Fea, *Miscell.* II, p. 205; Acta Acad. Pontif. arch. IV, p. 174; Bull. Inst. Arch. 1830, p. 220.

1) A. 862/3 = 109 vel 110. Hinc constat de aetate nummorum inscriptione AQVA TRAIANA insignium, quos inter vagos Eckhelius relegaverat (VI, p. 425); cf. Fea, l. l.

5098. TI · CLAVDIVS · DRVSI · F · CAESAR ‖ AVG · GERMANICVS · PONTIF · MAX ‖ TRIB · POTEST · VI · COS · III · DESIGN · IIII · IMP · XII · P · P[1]) FOSSIS · DVCTIS · A TIBERI · OPERIS · PORTVS ‖ CAVSSA · EMISSISQVE · IN MARE · VRBEM ‖ INVNDATIONIS · PERICVLO · LIBERAVIT[2]) — Reperta a. 1836 ad portum Claudianum, ubi adhuc exstat. Act. Acad. Pontif. archaeol. VIII, p. 213 sqq.; cf. p. 259 sqq. Lapis ingens litteris magnis scriptus.

1) A. 799 = 46 p. C. 2) De portu Ostiensi ab imperatore Claudio facto cf. Suet. Claud. 20; Plin. N. H. XVI, 40, 76; Dio LX, 11; Quintil. II, 21.

§. 2. I T A L I A.

N. 66, v. 6 interpretare Q*uaestor*; cf. vol. II, p. 445.

N. 70. Versuum 1. et 2. fragmentum continens nomina Manlii Acidini nunc in Museo Obitiano Cataii exstat; cf. Furlanetto, *lap. Patavine* n. LXXIII, qui ex scriptoribus patriis tituli sortem enarrat; v. ult. DEDVCVNDAE.

N. 72. A pluribus viris dd. nuper editus, sed ita ut alter alterum lapide minime inspecto secutus esse videatur. Et omnes quidem v. 11 PARENTAN exhibent praeter Kandlerum Tergestinum, qui TN in archetypo legi affirmavit (*Istria* II, p. 236) quare TN equidem censeo legendum esse; incolas autem Parentii *Parentinos*, non Parentanos esse appellatos, monumento patet paucis abhinc annis effosso (v. n. 5568). Ceterum coloniam Iuliam dictam fuisse correcto constat titulo n. 3729.

N. 74, corr. Kellerm. Vig. 39: v. 3 desinit post BIS; v. 8. MAXIME; v. 9. desinit post KARISSIMAE; v. 10. VIBIA. In explicando titulo plura peccat Orellius, qui primum pilum ad cohortes refert, quum legionis tertiae primipilus Vibius fuerit,

cum dignitate deinde primipilari, quae equestrem aequabat, post tribunatum cohortium ad munera civilia progressus, id quod nota P. P. BIS plerumque significari nuper Borghesius docuit (Bull. Inst. Arch. 1851, p. 143). Praeterea, pro *centurioni frumentario*, *centurioni* intellige *frumentariorum;* C. F autem est *Clarissima Femina.*

N. 80, v. 4. ITEMQ. VICANORVM; v. 7. CIVESQVE; v. 15. CELEBRETVR; v. ult. deest. Ex codice optimo Rigazziano Tonini, *Rimini*, p. 340, 23. Vicus Velatus qui dicitur ab Orellio, *Velabrum* est vel *Velabrensis*; nam apud Grut. 1097, 2 legendum VELAB, non VELAT.; cf. op. cit. p. 335, 11.

N. 84. *Pollia* est tribus; nomen viri et praenomen deperdita sunt.

N. 85. cf. de VIIIviris Borghesium, Bull. Inst. 1839, p. 60.

N. 87. v. corr. n. 6000.

N. 90, v. 5. . . RIB; v. 6. in. . . II, i. e. quattuorviri; v. 8. ARNATI, cet.; Kellerm. Vig. 273.

N. 91, v. 4. CHARITE; v. ipse.

N. 92. Hispellum *urbs Flavia Constans* cf. n. 2170 et 5580.

N. 94. l. AVGVSTA . PERVSIA. Nomen deducendum a Vibio Treboniano Gallo Augusto; cf. Borghesium, *sulla iscrizione Perugina della porta Marzia* (*Archivio stor. ital.* vol. XVI).

N. 95. extr. ET P SEP*tim*IO GETA NO*bilissimo* CAeS COS; v. ipse. Vermiglioli plane hariolatur; minora non adnoto.

N. 96. Orellio sine caussa suspectus; fortasse pro CAENINENSIVM scr. CAENINENSI. V. 1. lege QVAEST. CAND(*idato*) CVRAT; extr. tit. SEV ad aetatem Alexandri monumentum pertinere indicat. Legitur quoque apud Adami, *Bolsena* II, p. 118.

N. 97. Pro CVRIAE vel VMBRIAE corr. *et*RURIAE cum Mommsenio *epigr. Anal.* n. 6 ex *Berichte der S. Ges. der Wiss.* 1850 p. 65; tum omnia plana sunt.

N. 99. melius Don. p. 184, 9: v. 3. TVSCANIENSIVM; v. 7. ante SCRIB(*onius*), quod initio versus fortasse legebatur, deest praenomen.

N. 100 sqq. Duo distingue Fabraternorum oppida, *vetus* prope *Ceccanum* situm, *novum* prope *Fregellas*, quorum huic duumviri, illi quattuorviri praefuerunt; cf. Mommsen, Inscr. Neap. p. 234, et n. 4459, 4460.

N. 108, v. 4. MVNICIPII; v. ult. CONL. V. ipse in horreis Vaticanis.

N. 110, v. 3. MV̈NICIPES (7 supra V); v. 5. INTRAMVRANI (7 supra A, V, N); item.

N. 112, v. ult. CVIIRATore; Guattani, Mon. Sab. II., p. 357; sed recte fortasse Or. ex Nibbyo.

N. 115, v. Brocchi, qui dedit Borghesio: v. 1. extr. IA . . . . ; v. 2. omisit, negligentia puto; v. 4. CONSVMPTVM — RESTI . . . .

N. 121, corr. ad 4942.

N. 122, nunc Velitris in aedd. publ.

N. 124, v. 8 recte PRÆT; v. Abeken (Kellermann, apud Orellium, Anal. epigr. p. 35); cf. quae de praetoribus municipalibus exposui Bull. Inst. 1851, p. 186 sqq.

N. 126. Non Calatiae, sed Caiatiae; Mommsen I. N. 3939.

N. 127. extr. POSVIT. L. D. D. D; v. Brunn, et Mommsen l. l. 1482.

N. 129. corr. ad 2396.

N. 131, spurius; cf. Mar. Arv. p. 392 et Mommsen, op. cit. 301*.

N. 133, not. 2. nihil deest.

N. 134, corr. n. 3858.

N, 135, spurius; Mommsen, I. N. 38* ex Antoninio.

N. 136. vindicavit idem in *Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* II., p. 51; I. N. 68.

N. 137. spurius, ex Antoninio; Mommsen, I. N. 30*.

N. 138, suo iure condemnat Or.; idem op. cit. 130*.

N. 139, v. 3. MODERATORI; id. 5191.

N. 140, v. 1. NEP; id. 3919. De situ Calatiae et Caiatiae, quae civitates erant diversae, cf. eundem p. 184; 203; n. 3912; 3626.

N. 141. suspectus; cf. eundem n. 226* et Bull. Inst. Arch. 1848, p. 4.

N. 142. spurius, a Ligorio Luceriae, a Polidoro Larino assignatus; id. 773*.

N. 143. spurius; id. 785* et Bull. l. l. p. 10.

N. 144, v. 2. PONDERARIVM PAGI INTERPROMI VI; Gervasius, *Iscr. Sipont.* p. 35, secutus Lupolum, *Iscr. Corf.* ed. 1. p. 165, ed. 2. p. 362, qui interpolavit titulum. Recte INTERPROMINI ‖ *vi* TERRAEMOTVS; v. 3. extr. A. SOLO; Mommsen, I. N. 5331.

N. 148, v. 3. CVRATORI. KAL. AVEIA. PAET (l. PREF vel PRAEF). TERT. QQ ‖ CVRAT. MVNER cet.; v. 4. AMABILI SVIS; id. 6128.

N. 149 spurius; id. 636* ex Grossi (*Arce*), qui Manutii de Arcano Ciceronis opinionem eo tueri studet.

N. 150 spurius; id 936*; cf. Annal. Inst. Arch. 1846, p. 343.

N. 151. Agrigenti v. Mommsen et Abeken.

N. 153 mihi certe suspectus; ut de ceteris taceam, nota evocatum militem cohorti et civitatibus praefectum.

5099. De duodetriginta coloniis a Caesare Augusto per Italiam deductis doctissime disputavit Borghesius, *Archivio storico ital.* vol. XVI, 1850 (*sulla iscrizione Perugina della porta Marzia*); qui libellus quum extra Italiam paucis tantum vv. dd. notus sit, ipsas illas colonias hic recensendas esse credidi, breviter adiunctis testimoniis, quibus vir cl. usus est: 1) *Acerrae*; lib. col. ed. Lachm. p. 229. 2) *Atella;* p. 230. 3) *Beneventum;* p. 231, et p. 282; Or. 907 cet. 4) *Cumae;* p. 232. 5) *Graviscae;* p. 220. 6) *Nuceria Constantia;* p. 235. 7) *Puteoli*; p. 236. 8) *Sora;* p. 237. 9) *Teanum Sidicinum;* p. 238. 10) *Liternum;* p. 235. 11) *Volturnum;* p. 239. 12) *Minturnae;* Hygin. ed. Lachm. p. 177. 13) *Capua;* Plin. N. H. XVIII, 29, 5. 14) *Ariminum;* Grut. 1095, 2; Murat. praef. p. 16. 15) *Augusta Taurinorum;* Plin. III, 21, 1 et Maff. M. V. 214, 1; 225, 7. 16) *Perusia*; Or. 94. 17) *Parma;* Grut. 492, 5 = de Lama, *Iscr. Parm.* p. 121, 3. 18) *Laurentum;* Or. 2179. 19) *Verona;* Maff. M. V. p. 197 = Or. 1014. 20) *Ateste;* Grut. 536, 5. 21) *Brixia;* Or. 66. 22) *Dertona*; Bottazzi, *antichità di Tortona* p. 35; cf. Grut. 487, 7. 23) *Praetoria Salassorum;* Mur. 1031, 1; Ptolem. III, 1; Plin. III, 21, 1; Dio LIII, 25; Str. IV, 6, 8. 24) *Iulia Augusta Bagiennorum;* Vernazza, *Alba Pompeia*, p. 13; Muletti, *memorie di Saluzzo* I, p. 36. 25) *Firmum*, cuius *parens* Augustus dicitur: IMP · CAESAR · AVG ‖ PONT · MAX · PARENS ‖ COLONIAE · DEDIT — Omisit v. cl. *Aletrium*, Lachmannum (p. 230) videns scripsisse pro *Aug. deduxit* — *populus deduxit*, e commentario nondum edito rationes se cogniturum esse sperans, quibus adductus hanc lectionem ille praetulisset; omisit praeterea *Nolam*, apud Grut. 1085, 14 *col.* FL*aviam Augustam Nolam* exstare suspicatus, maleque pro FL lectum esse FEL, neque de *Bononia* neve de *Florentia* certi quidquam affirmare ausus est. Ex duodetriginta igitur Italicis Augusti coloniis de viginti quinque iam constat. Quibus *Abellinum* et *Venafrum* addere licet, si in titulo Grut. 272, 3 in honorem Gordiani Augusti erecto pro COL · VEN · LIVIA Mommsenius I. N. n. 1875 recte emendavit COL*onia* VEN*eria* · IVLIA · AVG · ALEXANDRIAN*a* ABELLINATIVM, recteque idem in monumento Venafrano I. N. 4622. *coloni*AM · IVL · AVG VI*nafrum* legit.

5100. · · · · · · · ‖ *q*VIR · LAVRO DE‖CVRIONI · CEME‖NELENSIVM ‖ EQVO PVB ‖ EBVTIA LAVREA ‖ MATER ‖ L · D · D · D — Prope Nicaeam ad Varum: Kellermanno descr. Kestner.

5101. 5102. IMP · CAESAR ‖ AVGVSTVS · IMP · X[1] ‖ TRIBVNICIA ‖ POTESTATE · XI ‖ ÐCI[2]) — Monaci Italiae. *Revue archéologique* II, 3, p. 175. Octo miliaria huic simillima in Via Aurelia inter *la Chiappa*

prope *Diano* et *Puget* prope *Fréjus* reperta esse docent *Memorie dell' Accad. di Torino*, *serie* II, *t.* V, *p.* 161—183 (*a.* 1843).

1) A. 742 = 12 a. C., quo anno Caesar Augustus Aureliam stravit terminisque instruxit. — 2) Milia passuum DCI inde a Roma computata sunt, sed ita ut per Flaminiam, Aemiliam, Iuliam Augustam, qua illae continuabantur, milia numerarentur; cf. Letronnium l. l., et titulum sequentem cum duobus aliis in Aurelia repertum:

5103. IMP · CAESAR · DIVI ‖ TRAIANI · PARTHICI · F ‖ DIVI · NERVAE · N · TRAIA‖NVS · HADRIANVS · AVG ‖ PONT · MAX · TRIB · POT · IX ‖ COS · III · 1) VIAM · IVLIAM ‖ AVG · A · FLVMINE · TREB ‖ IIIA · 2) QVAE · VETVSTATE ‖ INTERCIDERAT · SVA ‖ PECVNIA · RESTITVIT ‖ DCV — l. l. p. 175.

1) A. 878/9 = 125/6. — 2) l. TREBBIA. — In eadem via Caracallus miliaria refecit, cuius rei testes quattuor tituli sic concepti:

5104. IMP · ANTONINVS ‖ PIVS · FELIX · AVG ‖ PONI · CVRAVIT ‖ DXC — l. l.

5105. IMP · CAESARI · FL · VAL ‖ CONSTANTINO · PIO · FEL‖ INVICTO · AVG ‖ DIVI · CONST*antii* · PII · AVG ‖ FILIO · CIVITAS · ALBAE ‖ POMPEIAE · BONO ‖ REIP · NATO — Albae. Vernazza, Inscr. Alb. p. 56.

5106. L · VENELIVS ‖ L · F · CAM · 1) SVPER ‖ AVG · BAGIENNOR ‖ VIXIT · AN · XXXV ‖ T · P · I ‖ IN FR · P · V ‖ IN AG · P · V — Rep. in Via Nomentana, nunc in Museo Vatic. *Giorn. Arcad.* XXVIII, 1835, p. 345 sqq.

1) CAM*iliae* tribui Bagiennos adscriptos fuisse docet 3070.

5107. I · O · M ‖ M · FVLVIVS 1) ‖ DEVICTIS · ET · SVPERATIS ‖ LIGVRIBVS · BAGIENNIS ‖ VEDIANTIBVS · MONTANIS ‖ ET · SALLVVIEIS ‖ V · S · L · M — „*Trovato nell' alto contado di Nizza*, *alquanto sopra il luogo di S. Dalmazzo il Selvatico.*" Muletti, *Saluzzo* p. 23; Durandi, *Piem. Cisp.* p. 6. [Mihi constat titulum falsum esse. Mommsen.]

1) M. Fulvius Flaccus cos. 629 triumphavit a. 631 de Liguribus, Vocontiis, Salluviis.

5108. CASTRICIAE ‖ SATVRNINAE · FIL ‖ VIXIT · ANN · VI · S ‖ CASTRICIVS · SATVRNIN ‖ ST · 1) MAG · AVG · POLLENT ‖ AVG · BAGIENN · SIBI · ET ‖ METTIAE · PAVLINAE ‖ VXORI · OPTIMAE — Albae Pompeiae. Vernazza, *Iscr. Alb.* p. 4.

1) Fortasse male lectum.

5109. QV · METTIVS ‖ C · F · ST*e*L · FOR ‖ VIBI · 1) MIL · LEG ‖ XIIII · GEM · ANN ‖ XXX · STIP · VII ‖ H · S · E · FRATRES ‖ PRO · PIETATE ‖ D · D · S — Rep. prope monasterium *Dahlheim*, nunc Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 394; Cod. Inscr. R. Dan. et Rh. I, 499.

1) Cf. Plin. N. H. III, 16, 20; 17, 21. Forbiger, Geogr. III, p. 554.

5110. P · VRVINVS ‖ P · F · POL · FOR ‖ FVLVI · 1) SPEC‖VLATOR · LEG ‖ XIII · STIPEND ‖ XIIX · ANORV ‖ XXXV · H · S · E ‖ M · ARVNTIV‖S · COSOB · CVR ‖ EGI — *Zahlbach* prope Mogontiacum. Steiner, Cod. Inscr. Dan. et Rh. I, 450, ubi v. cet.

1) Cf. Forbiger, l. l.; Plin. III, 5, 7.

5111. I · O · M ‖ AVRELIVS CASSIANVS ‖ BARBARICAS ‖ DEC · COL · FOR ‖ IVLI · IRIENS ‖ EX · REGION · CYPRO — Aquileiae. Mur. 1108, 5; corr. Zandonati *Guida d'Aquileia*, p. 205, XXIII.

5112. GENIO ‖ PAGI ‖ LIVII — Bovegni agri Brixiani, nunc in Museo publ. Brixiano. Labus, *Marmi Bresciani* 153.

5113. Q · GAVIO · Q · *f* ‖ POB · PRINCIP*i* ‖ *ii*II VIR · VERO-N*ae* ‖ *e*Q · PVB · LAVR · LAV ‖ PRAEF · C*olleg* ‖ *fa*BR · ET · DEN*dr* ‖ PAGANI · PA*gi* ‖ FOROIVLIE*ns* ‖ PATRON*o* — Orti, *sui confini del territorio Veronese e Trentino*, p. 38. Minus accurate n. 2177.

5114. L · CAEICILIVS · Q·F·[1]) PR‖OCOS · EX· (sic) TERMINOS‖ FINISQVE · EX · SENATI ‖ CONSVLTO · STATVI · IVSIT ‖ INTER · ATESTINOS ‖ PATAVINOSQVE[2]) — In monte Euganeo, cui *Venda* hodie nomen est, nunc in Museo Atestino. Mur. 473, 1; corr. Bull. Inst. 1833, p. 103; Furlanetto, *antiche lapidi del Museo d'Este*, p. 29 sqq.; *antiche lapidi Patavine*, tab. XIII^a et n. LXXXI. In eodem saxo alterum eius tituli exemplum exaratum est minus integrum, versibus alio modo distinctis; in quorum altero deest EX scalpri lapsu ortum, in ultimo pro *Patavinosque* exstat ET · PATAVINOS. Litteris autem vetustioribus haec inscriptio est, ita ut aetate posteriore monumentum restitutum esse pateat. — Anno deinde 1837 in colle *Teólo*, qui et ipse ad montes Euganeos pertinet, monumentum huic simillimum effossum est:

5115. L · CAECILIVS · Q · F[1]) ‖ PRO · COS ‖ TERMINOS ‖ FINISQVE EX ‖ SENATI . CONSOLTO ‖ STATVI · IVSIT · INTER ‖ PATAVINOS ‖ ET · ATESTINOS[2]) — Bull. Inst. 1837, p. 186; Furlanetto, *lapidi Pat.* n. LXXXII. Huic lapidi alter impositus eandem inscriptionem referebat, ita hodie evanidam, ut pauca tantum adhuc appareant.

1) L. Caecilius Metellus Calvus cos. a. 612, procos. Galliae a. 613. 2) Nota in altero lapide Patavinos ante Atestinos, in altero Atestinos ante Patavinos nominatos; id quod propterea factum est, quia terminus in monte *Venda* repertus in Patavino, Teolanus in Atestino collocatus erat.

5116. CAPVT · LIMITIS ‖ LONRICONIS ‖ PERMVTATVM ‖ EX · D · D[1]) — In Museo Estensi Cataii. Cavedoni, *Indicaz.* p. 118; Furlanetto, *lap. Pat.* n. CI.

1) Cavedonius limitem agri Atestini esse credit, sed loci potius cuiusdam Lonriconis limes esse videtur, ut idem v. d. in adnotatione suspicatus est.

5117. ATILIAE C F ‖ SECVNDIN · CON‖IVG CASTISSIM ‖ PVDICISSIMAEQ ‖ SIBIQVE OBSEQVENTISSIMAE ‖ QVÆ VIXIT· SEC · ANNIS · XVII · M · VII · D · VII ‖ C ·[1]) ATIL · SECVNDI · M · SERRAN · LIB · VALERIA‖NÆ · SOCERORVM · KARISSIMOR ‖ M LABIK[2]) MEMOR ‖ VIVOS POSVIT ‖ ET · IN · MEMORIAM · EORVM · ROSAS ·[3]) ET ‖ AMARANTHO · ET · EPVLIS · PERPETVO · *par*‖*entari* · *iussit* · COLLEG · CENTONAR · ET · *fabrum* ‖ CONSISTEN[4]) CLASTIDI — Cippus, in cuius margine superiore ascia

sculpta est. *Casteggio*, nunc Villanterii prope Ticinum. Aldini, *lap. Ticinesi*, append. p. 124 sqq. Hodiernum Casteggio veterum Clastidium esse hoc titulo patet.

1) Sic in figura aeri incisa; in commentario ipso ET ante C. 2) L. *Labicius*. 3) In commentario ROSIS. 4) Fortasse CONSISTENT.

5118. *imp* · CAESAR · *divi* · *f* ‖ AVGVST*us* ‖ *cccx*XVIIII [1]) — Ad D. Martini in *Carano* (Colicariae), prope *Mirandolam*. *Indicatore Modenese* II, n. 7; corr. II, n. 12.

1) Cavedonius dubitat, utrum numero CCCXVIIII., an CCCXXVIIII. miliarium insigne fuerit, hunc ad Aemiliam spectare demonstrans, illum ad viam quandam breviorem ab Aemilia distinctam, quam a Bononia per agrum Nonautolanum et Mirandolensem ad Padum duxisse docet; l. l.

5119. *imp.* CAES · T · AEL ‖ HADRIANVS · ANTONINVS ‖ AVG · PIVS · P · M · TR · P · VI . [1]) COS · III ‖ IMP · II · P · P · VIAM · AEMILIAM · ‖ VETVSTATE · DILAPSAM · OPERIB ‖ AMPLIATIS · RESTITVENDAM · CVR ‖ A · ROMA · M · P · C·L·XXX·VIII · ‖ *p*RO · ROMA · T · T · REI · P · [2]) DD · NN · FF · *l*L · VALENTINIANO ET ‖ VALENTE · IM VICTORIoSIS [3]) ‖ MAXIMIS · SEMPER · AVGG ‖ M · P · CLXXXVIII — *Rimazzano* in coemeterium Pisanum allatus. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 55; prior pars Mur. 454, 3.

1) A. 896 = 143. 2) PRo(*pagatoribus*) ROMAN(*ae*) . REI . P(*ublicae*); cf. Murat. 264, 2. Kellerm. l. l. 3) L. IM*pp* . VICTORIOSIS*simis*.

5120. C · LEPIDIVS ‖ C · F PAL ‖ SECVNDVS ‖ PRAEF · FABR · PR ‖ COH · TR · MILIT ‖ PROMAG XX ‖ HEREDIT · [1]) AVG [2]) ‖ LVNAE · D · D — Lunae. Bertoloni, *carbon fossile di Caniparola, ed iscrizz. Lunesi*; Gervasio, *Iscr. Messinesi* p. 9.

1) Cf. 3331 et Grut. 454, 8. 9. 2) Gervasius l. l. AVG*ustalis*, oblitus conditionis libertinae vel ordinis certe inferioris Augustalium. Est AVG*ur*.

5121. D (ascia) M ‖ *e*T · QVIETI · AETERNA*e* ‖ *p*RIMITIVI ANIMA*e* ‖ OPTIMAE QVI · VIXI*t* ‖ *a*NN · XXV · M · VIII · D · I . . ‖ QVI SEPELLITVS · EST · L*u*‖NAE · PISAE · IN TVSCI*s* ‖ *a*D FLVMEN MACRA · C*l* ‖ *a*PHRODISIVS · IIIIII *Vir* ‖ *au*G LVGVD · ALVMN*o su*‖O · KARISSIMO ET · SIB*i* ‖ VIVVS · FECIT ‖ *et* SVB · ASCIA · DEDICAV*it* — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VI, 10 p. 186.

5122. Q · VELCENNAE ‖ L · F · STEL ‖ PROCVLO DECVRIONI ‖ MEVANIOLAE ‖ C · C · M · M · [1]) PATRONO ‖ HONORE CONTENTVS ‖ IMPENDIVM REMISIT · ET ‖ DEDICATIONE STATVAE ‖ NVMER · COLL · IPSORVM ‖ SPORTVL · DEDIT ‖ SINGVL · DENARIOS BINOS ‖ L · D · D · D — *Chiesa di S. Piero in Bosco in Galeata, terra della Romagna toscanese. Nov. lett. Fior.* 1772, p. 25.

1) *Collegium Centonariorum Municipii Mevaniolae.*

5123. . . . . ‖ RA*r*ISSIMAE ‖ C · LVCC*i*VS · PAVLIN*us* ‖ DECVR · A*r*IMINI · QVAEST · A*ed* ‖ IIVIR · QVA*e*ST · ALIMENT · IIV*ir* ‖ QVINQ · IT*e*M · MVNIC · COTT · [1]) O*mn* ‖ HON · PERF*unctus* ‖ . . . . ‖ . . . . — Arimini. Tonini, *Rimini* p. 298, n. 21.

1) *S. Pietro in Cotto* dioecesis Ariminensis, l. l.

5124. C · GALERIO · C · F · ANI ‖ IVLIANO · EQ · P[1]) ‖ QVAESTORI · DVVMVIRO ‖ CVRATORI · SARSINATIVM[2]) ‖ CVRATORI · SOLONATIVM[3]) ‖ FLAMINI · PATRON · COL · AVG ‖ ARIMIN · ADVOC · PVBLIC[4]) ‖ AMANTISSIMO · DECVRION ‖ AMANTISSIMO · CIVIVM ‖ SPLENDIDISSIMVS · ORDO · ARI‖MINENSIVM · MERITIS · FIDEI ‖ BONITATIS INNOCEN‖TIAEQVE EIVS — Olim Arimini ad D. Bartholomaei. Grut. 1095, 2; Antonini, Antich. di Sarsina p. 38; Tonini, *Rimini* p. 343 ex codice Rigazziano, cuius lectiones in textum recepi.

1) Minus recte EQ . R, A. 2) SASSINATIVM, A. 3) Solonates (Plin. N. H. III., 15, 19) prope hodiernum *Sogliano* sedem habuisse A. et T. contra Cluverium affirmant, l. l. 4) *Advocatos rei publicae* et *populi* cf. 3906, 3907.

5125. M · FABIO · M · F · V*el* ‖ MAXIMO AEDI‖LITATE REMISSA ‖ IIVIR · PRAEF · FABR ‖ PLEPS · PATR COI[1]) ‖ R · P · R[2]) — Faleriae Piceni. Ann. Inst. Arch. 1839, p. 36.

1) PATR*ono* CO*loniae*. 2) R*ei* P*ublicae* R*icinensis*; Borghesius l. l. p. 44.

5126. *la*VR · LAVIN*at* ‖ · · · · I · VRBIS · ROMAE ‖ · · · · RNAE TICINI ‖ *p*ATRONO · REIPVBL ‖ *urbi*SALVENSIVM ‖ *reip*VBL · NVMANATIVM ‖ *rei*P · TOLLENTINATIVM ‖ *rei*P · PLANINENSIVM[1]) ‖ *patron* · CAVSAR · FIDELISS ‖ *pat*RON · REIP · AVG · T*aur* ‖ *ob eximia* EIVS ERGA N*os beneficia* ‖ · · · QVE AC · · · · · ‖ · · · · TIN · · · · · · — Augustae Taurinorum. Cordero di S. Quintino, Act. Acad. Taur. XXXVI, p. 137.

1) Civitates Piceni; cf. Plin. N. H. III, 13, 8.

5127. L · AFR*a*NIO · A · F ‖ COS[1]) ‖ CONSC*r*IP · ET · C*iv* ‖ COL · VALE*r*[2]) — *Costignani* prope *Ripatransone* Piceni. Bull. Inst. 1847, p. 153.

1) A. 60 a. C. 2) CONSC*r*IP(*ti*) . ET . C*iv*(*es*) COL(*oniae*) VALE*r*(*iae*), quae colonia Piceni hoc titulo primum innotuit.

5128. IMP · ANTONINO · AVG · P*io* ‖ ANTONIA · CN · FIL · PICENTINA · C · C · · · · · ‖ SECVNDI · PRAETORI[1]) PATRON*i* · *colo*‖NIAE · SACERDOS · DIVAE · FAV*sti*‖NAE · STATVAS · QVAS · AD EXO*rnan*‖DVM · THEATRVM · PROMI*serat* · *fa*‖LERIENSIBVS · POSVIT · ET · *ob dedicationem* ‖ DECVRIONIBVS PLEBI VRBANAE DIV*isionem* ‖ DEDIT — Faleriae in theatro. Ann. Inst. Arch. 1839, p. 45.

1) L. *praetorii*, sc. coniux.

5129. Q · LAE*lius* · *q* · F · PAL · PIETAS ‖ C · VIBI*us* · *c* · *f* · *p*AP · SECVNDVS‖IIIIVIR · *quinq* · *e*X · STIPE QVAE · EX ‖ LACV V*elino* *e*XSEMTA ERAT ‖ SIGNVM *fieri* *c*VRARVNT VALVAS ‖ AHENE*as* · · · · S ET SVPERLIMEN ‖ *la*PIDEVM · · · · · ET FASTIGIVM ‖ · · · · · · · CVM ADORN*amentis* ‖ *q* · *volu*SIO · P · CORN*elio* *cos*[1]) — In abbatia D. Cassiani agri Narniensis. Mar. Arv. p. 322; corr. Eroli, Album Romanum 1852, ubi rest. Borghesius.

1) A. 809 = 56 p. C.

5130. T · · · · · IE · · · · · ANII || PVBLICIO · CAEIONIO || IVLIANO · V C || CORRECTORI · TVSCIAE · ET · VMBRIAE || OB INSIGNI*a* · EIVS · GESTA · ET · INLVSTRE NOMINIS · ET · RATIONIS · MERITVM || ORDO · NARNIENSIVM · VNA · CVM || CIVIBVS · STATVAM · CONLOCAVE||RVNT · PATRONO · DIGNISSIMO — Narniae. Ex Ms. antiquo Eroli communicavit cum Mommsenio.

5131. IMP · CAESARI · P · LICINIO || VALERIANO · INVICTO || PIO · FELICI · AVG || COS · II · PROCOS || IMP · VII · P · MAXI || TRIB · POT · III[1]) || SENATVS · POPVLVSQVE || VISENTINVS — Basis reperta in insula Visentina (*Bisenzo*) in lacu Vulsiniensi. Furlanetto, *lap. Pat.* p. 521, ex apographo a v. cl. Melchiorri cum Borghesio communicato.

1) Haud quadrare in rationem Eckhelianam tribuniciam potestatem Valeriani (Eckhel, D. N. VIII, p. 444) novum hic titulus testimonium affert; cf. Borghesium, l. l. Consulatu annus indicatur 254.

5132. ET·DOMINO·TE *ordo* ET·POPVLVS *coloniae faliscorum*
*c*OL·FALISCORVM *ob eximiam* ERGA·SE·MVN*ificentiam*
TO·AVG·P·M·GERM *curante* TYRIO · SEPTIMIO *azizo·v·p·cur·r·p*
*devotissi*MO·NVMINI *maiestatiq* cet.
Vidi cum Mommsenio in horreis Vaticanis; cf. Grut. 288, 1.

5133. D · N · FLAVIO · VALE||RIO · SEVERO · NO||BILISSIMO · CAESARI · ORDO || ET · POPVLVS || VVLCENTIVM || D · N · M·Q· EIVS — Repertus a. 1835 in loco, ubi veterum Vulcia fuit. Act. Acad. pontif. arch. VII, p. 85; Bull. Inst. 1835, p. 121.

5134. DOMITIAE · MELPIDI (sic) C · F || CONIVGI · Q · PETRO-||NI · MELIORIS · VIRI || COS · [1]) || ORDO · ET · CIVES || TARQVINIENSIVM || PATRONAE · DIG||NISSIMAE — Tarquiniis. Bull. Inst. Arch. 1830, p. 199. In parte aversa legitur fragmentum inscriptionis thermarum; v. n. 6622.

1) Cf. n. 3775.

5135. · · *s*ALVIO · SATRIAN*o* || MINICIO || X · VIRO · STLITIBVS · IVDICANDIS · C · · · || · · · · ERI[1]) CVRATORI · OCRICVLAN || · · · *cu*RATORI · BLERANOR[2]) · · · · · — Rep. in loco dicto *S. Agata*, nunc in Museo Bononiensi. *Nov. lett. Fior.* 1767, p. 637; *Guida al Museo di Bologna* p. 34.

1) Num *Quaestori* || *trib. pl*EbI? 2) Blerani Etruriae, hodie *Bieda*; cf. Str. V, p. 226; Plin. III, 5, 8 cet.

5136. · · · · · · · || AVVNCVLO · · · · · · || PATRONO · CVRATORI · COLO||NIAE · PRIVERNATIVM || NEPESINORVM · AMETINO-||RVM · ET · TRVENTINORVM || ORDO · DECVRIONVM || ET · POPVLVS · COLONIAE · PRI||VERNATIVM · OB · EXIMIAM || DILIGENTIAM · ET · ABSTINEN||TIAM · EIVS || EYC(M)EBI — Priverni. Kellerm. Vig. p. 44, ex Marinii *lettera al Rmõ P. abate D. P. M. Rosini* cet. Romae 1796, 4.

5137. PAVSILYPON ‖ METTIAE T · L · HEDONÉI[1]) — Ad D. Liberati prope *Bracciano* ad lacum Sabatinum. Fabr. 750, 573; Nibby, *Dintorni* I, p. 326; v. de Rossi.

1) Nomen esse videtur villae. Nota formam singularem cognominis feminae. Aliarum inscriptionum fragmenta in eodem loco obvia ad aetatem circiter Tiberii villam pertinere docent, Bull. Neap. n. serie, II, p. 22 sqq.

5138. 5139. PRO · SALVTE · ORDINIS · ET · POPVLI · SIGNA ‖ SERAPIS · ET · ISIDIS · CVM · ERGASTERIS · [1]) SVIS ‖ ET · AEDICVLAM · IN · SCHOLAM · [2]) PERMIT‖TENTE · ORDINE ‖ APRONIANVS · R · P · AEQVICVL · SER · ARK ‖ CVM · AEQVICVLA · BASILLA · ET · AEQVI‖CVLO · APRONIANO · FIL · PEC · SVA · FECIT ‖ L · D · D · D — *Pace* in territorio Aequiculano. Ann. Inst. Arch. 1832, p. 8; corr. 1834, p. 111. Mommsen I. N. 5704.

1) *Ergasteria* quae sint, videant alii. Cf. TENSAE . MINERVAE . CVM . PARERGIS . SVIS Mommsen I. N. n. 4093. 2) Kellerm. l. l. corr. IN SCHOLA M(*unicipii*); equidem IN SCHOLAM retinendum esse censeo, quum et puncta ubique in utroque exemplo accurate posita esse, et omnes titulos, quibus *municipium Aequiculanorum* commemoratur, spurios videam. Quem enim et Kellerm. et Orellius (3931) Ligorianum esse negant, e Ligorii voluminibus certo profectum esse numero docemur paginae 1163 codicis Gudiani; cuius titulos omnes inde a p. 1151 Ligorianos esse inspecto codice Guelpherbytano Mommsenius invenit.

5140. CN · CORNELIVS ‖ ATIMETVS ‖ CN · LENTVLI · GAETVLIC · [1]) ‖ L · ET · PROCVRATOR ‖ EIVSDEM · FIDELISSIMVS ‖ HIC · SEPVLTVS · EST ‖ COSSVS · CORNELIVS ‖ CN · F · LENTVLVS ‖ GAETVLICVS ‖ PROCVRATORI · SVO ‖ FIDELISSIMO · ET ‖ NVTRICIO · PIISSIMO ‖ DE · SVO · FECIT · ET ‖ MONVMENTVM ‖ IN · SABINIS · SVIS ‖ IN · VILLA ‖ BRVTTIANA — Rep. Romae ad sepulcrum Scipionum, nunc in Mus. Vat., ubi vidi. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 55.

1) Cos. a. 779, interfectus a. 792; Borghesius l. l.

5141. FLAVIA · AVG · LIB · MARCELLA ‖ FECIT · SIBI · ET · ALCIMO · AVG · LIB ‖ CONIVGI · ET ‖ MARTIALI CAESARIS N ‖ CONIVGI · OPTVMO · ET ‖ LIBERTIS · LIBERTABVSQ ‖ SVIS · POSTERISQVE · EORVM ‖ LOCVS · DATVS · EX ‖ DECRETO · DECVRIONVM ‖ CASTRIMOENIENSIVM[1]) — In vinea Soldini, quae XII Apostolorum dicitur, prope *Marinum* in via, quae Romam ducit. *Album*, an. XVII, 1850, p. 350.

1) Situm Castrimoenii hac inscriptione confirmatur prope hodiernum Marinum fuisse; cf. Don. III, 23 = Fabr. p. 688 = Mur. 1060, 2, et Grut. 397, 3.

5142. FL · VALERIO ‖ CONSTANTIO NO‖BILISSIMO · CAE‖SARI · NOSTRO ‖ ORDO · CIVITATIS ‖ VEIENTANORVM POSVIT — Veiis eff., nunc in Museo Vat., ubi vidi. Amadutius, Anecd. III, p. 464; Nibby, *Dintorni* III, p. 420.

5143. SEX · CAECILIVS · SOZON · AVGVSTALIS · R · P · ALS · [1]) D · D — Centumcellis. Eph. litt. Flor. 1767, p. 661.

1) ALS*iensis*.

5144. D · M · ‖ T · AELIO · EVTYCHO ‖ PROC · AVG · N ‖ VILLAE · ALSI‖ENSI (sic) ‖ HEREDES — Caere. Act. Acad. Pontif.

arch. VII, p. 273. Rep. Alsii (*Palo*). Mai, ad Frontonis ferias Alsienses, p. 205, ed. Rom.

5145. Titulum, in quo vetustissimae civitatis FICANAE memoria exstat, v. n. 7194.

5146. XI ‖ TI · CAESAR · AVGVST ‖ PONTIF · MAXIM ‖ TRIB · POT · XXXII [1]) — In via Laurentina prope locum appellatum *di Decimo*. Bull. Inst. Arch. 1846, p. 120.

1) V. cl. Canina ex loco, quo hoc monumentum repertum est, villam Plinianam nobilissimam inter Castellum Fusanum et Turrem, quae dicitur *Paterno*, situm fuisse desumpsit, l. l.

5147. · · · · · · · ORTI ‖ T · AELIVS · AV*g* · *lib* · EVHODION ‖ TABVLARIVS · VILLAE · TIBVR‖TIS · [1]) ET · *aelia* VICTORIA ‖ FILIO · DVLCISSIMO ‖ B · M · F — Tibure; Viola, *Tivoli nel decennio* cet. p. 123; v. ipse.

1) Villa notissima, quam in agro Tiburtino Hadrianus Aug. sibi comparavit; cf. Grut. 591, 10, et n. 6280.

5148. AD ‖ PROMVNTVR ‖ VENERIS ‖ PVBLIC · CIRCEIENS [1])‖ VSQ · AD · MAREM ‖ A TERMINO · · · LXXX ‖ L · · · N · · · IES DE CCXXV [2]) — Inscriptio in rupe incisa in loco appellato *gli Scaloni* ad promontorium Circes. Visconti, *Mus. Piocl.* I, p. 67; vidit Brocchius, cuius apographum cum Borghesio communicatum hic exhibui.

1) L. *ad promontorium Veneris publicum Circeiensium.* 2) . . . INO . . . BMCCXVI . . . Visc. fortasse recte; litterae enim INO ad vocem *term*INO spectare potuerint.

5149. FELICI · VICTORIO ‖ V · E ‖ PATRONO ‖ PRO · MERITIS ‖ ORDO · CEREATI‖NORVM ‖ MARIANORVM [1]) — *Casamari.* Bull. Inst. Arch. 1851, p. 11; Mommsen, I. N. 4486.

1) Cf. Plut. Mar. 3; lib. de col. ed. Lachm. p. 233; Str. V, 3, 10; Plin. N. H. III, 5, 63; Mommsen I. N. 4494: *nummularius Cereatinorum*, rep. Castelluccii.

5150. C · IVNIO · C · F · ANIEN · TERTI*o* ‖ EQ · PVBLIC · AVGVR · AED · QVINQ · SOLO [1]) ‖ PRAEF · COH · VBIOR · MOES · INFER ‖ IVNIAE · C · F · SATVRNINAE ‖ IVNIAE · COMICE · MATRI ‖ IVNIAE · STACHIDI — Rep. prope Minturnas, nunc Caietae. Vidit Mommsen, Bull. Neapol. IV, p. 67; I. N. 4097, ubi v. ceteros editores; et:

5151. C · IVNIO · C · L · DYMANTI ‖ IVNIAE · DONATAE · VXORI ‖ C · IVNIO · C · F · AEM · TERTIO ‖ EQ · PVBLIC · AED · SOLO · [1]) AVGVR ‖ C · IVNIO · C · F · AEM · MAXIMO ‖ IVNIAE · C · F · PROCVLAE — Ibidem rep., nunc in villa quae dicitur Ciceroniana Formiis; l. l. n. 4098.

1) M. *Solum* oppidum quoddam ignotum esse suspicatur, cuius mentionem apud Geogr. Rav. IV, 33 repperisse sibi visus est, qui post *Benafron Solunon* commemorat. Avellinus contra adiectivo *solo* per exceptionem hos Iunios *solos* munere functos esse indicari credit; Bull. Neap. l. l.

5152. M · ENNIVS · M · F · MEN · VICETINVS · SCR · AED ‖ CVRVLIVM · ARMAMENTARIVS · DECVR · *a*Q · [1]) DECVRIO ‖ VICE-

TIAE · DEC · COLONIA · SATVRNIA · AEDILIS ‖ COLONIA · IVLIA · FELICI · CLASSICA · SVESSA ‖ CASTILIVS · C · L · PHILEROS · APPARITOR · TR · PL ‖ SATILA · VXOR — Aquini. Grut. 1093, 8; Mommsen, I. N. 4324.

1) *AQuini.*

5153. VECTIGAL ‖ COL · COL · [1]) IVL ‖ VENAFR[2]) — Venafri. Mommsen, I. N. 4603 ex Cotugno, *mem. stor. di Venafro* p. 83; v. Garruccius.

1) COL*onorum* COL*oniae*. 2) Titulus memoria dignus, quippe quo coloniam Venafranam post mortem Caesaris a triumviris deductam esse pateat; unde apud auctorem de colon. p. 239 pro *quinqueviris triumviros* commemoratos fuisse Borghesius censuit, *sull' iscr. Perugina di Porta Marzia* p. 6 *(Archivio stor. ital.* XVI*)*. Quamquam ad coloniam quandam antea a Sulla deductam quinqueviri pertinere possunt.

5154. Q · GAVIO · Q · FIL ‖ Q · NEP · Q · PRON ‖ Q · ABN · Q · ADN · FAL ‖ FVLVIO · PROCVLO ‖ TRIB · COH · $\overline{XV}$ · VOL ‖ TRIB · LEG · $\overline{VIII}$ · AVG ‖ DECVR*i*ONES · ET ‖ AVGVST*a*L · ET · POPV*l* ‖ CAIATINVS · [1]) PATRON ‖ MVNIFICENTISSIMO — Cajazzi: Maff. M. V. 354, 5 cet.; corr. Mommsen, I. N. 3912; et:

5155. · · · · FAL · RESTITVTO · MILIT ‖ · · · · KAIATIA [1]) MIL · ANN · $\overline{V}$ · VIXSIT · ANN · $\overline{XXIIII}$ ‖ · · · · MA · MATER · OPTIMO · FILIO F ‖ · · · · MENTO · EIVS — Olim in pago S. Nicolai *della strada* inter *Casertam* et *Maddaloni*, nunc in Mus. Borb. V. Mommsen, I. N. 3626.

1) Cf. quae de Caiatia et Calatia adnotavi ad n. 140. Corrigendi autem omnes tituli, quibus *Calatia* exhibetur, cuius nulla superesse monumenta Mommsenius docet op. cit. p. 184.

5156. CONSECRAVIT ‖ AC DEDICAVIT ‖ CONCORDIA IVLIA ‖ VALERIA · [1]) FELIX ‖ CAPVA ‖ VIRIVM GALLVM · V · C ‖ CORR · CAMPANIAE — *S. Maria di Capua.* Op. cit. 3613.

1) *Valeria* fortasse dicitur ab impp. Diocletiano et Maximino.

5157. G · LART · · · · ‖ GABINIO · P · F ‖ PAL · FORTVITO ‖ DICTATORI · LAN[1]) ‖ $\overline{II}$VIR · CAPVAE ‖ QVOD · VIAM · DIAN ‖ A · PORTA · VOLTVRN ‖ AD · VICVM · VSQ · SVA ‖ PECVNIA · SILICE · STRAVER ‖ OB · MVNIFIC · EIVS ‖ D · D — Capuae. Gud. 71, 4; Mommsen, I. N. 3633, ubi v. cet.

1) Lanuvii.

5158. SEXTIAE · L · F · I^c^ANI[1]) ‖ MONVMENTVM PVBLICE ‖ FACTVM · D · D · C · I[2]) ‖ QVOD · EA · MVNIFICA · ERGA ‖ COLONIAM FVIT — Cumis. Gervasio, Iscr. Napol. p. 26; v. Mommsen, I. N. 2568.

1) KANI G. 2) D*ecreto* D*ecurionum* C*oloniae* I*uliae*; Gervasius: C*olonorum* vel C*umanorum* I*uliensium*; cf. Or. 2533.

5159. *viam in pro*MONTORIO ‖ · · · · · PAVSILIP‖*o diu ne*GLECTAA [1]) ‖ · · · · · · RATVS V · C · CAMP · ‖ *corr* · (vel *cons*·) *usui* PVBLICO REDDIDIT — Rep. in crypta quae dicitur Seiani prope Neapolim, nunc in Mus. Borb. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 148 et Bull. Nap. I, p. 29, ex *frammento inedito di uno scrittore Napol. del sec. XVI*

intorno alle grotte incavate nel promontorio di Posilipo cet. Nap. 1841, 8; corr. Mommsen, I. N. 2511.

1) Fortasse M, *neglectam*; in titulo enim mutilo litterisque pessimis exarato facile erat ea ratione errare. Priorum editorum supplementa pravis lectionibus nituntur.

5160. IIII · NON · IVN · IVSTVS ‖ VI · IDVS · IVL · QVINTASVS ‖ PRI · NON · IVN · NICEFORVS ‖ PRI · IDVS · IVL · MARCIANIVS ‖ KAL · IVL · NVCERIVS ‖ VIII · IDVS · IVL · MARCELLVS ‖ III · IDVS · AVG · FELICITAS ‖ AEDIL · EQSS · COL · NVCER · CAMP · DIS · L · D · D · F 1) — In Museo Obitiano Cataii. Furlanetto, *lap. Pat.* p. 113, CIV.

1) AEDILes E *Quaestionibus Supra Scriptorum* COLoniae NVCERiae CAMPaniae DIS *Loci Decreto* Decurionum *Fecerunt*; Borghesius, l. l. p. 114; corr. 526, qui nomina ea credit negotiantium diebus notatis condemnatorum; cf. inscr. Ariminensem Bull. Inst. 1840, p. 96 (n. 7133). — Titulum Cataii asservatum ad Nuceriam Padanam spectare facile credi poterat, nisi CAMP adiunctum esset.

5161. CAMPANI · VICTORIA · VNA ‖ CVM · NVCERINIS · PERISTIS 1) — Pompeiis. Bull. Inst. Arch. 1829, p. 86; corr. 1831, p. 11.

1) Cf. Tac. Ann. XIV, 17.

5162. M · NONIO · M · F · BALBO ‖ PROCOS ‖ NVCHERINI MVNICIPES SVI — Rep. Herculanei. Gervasio, *Inscr. Nap.* p. 6; Mommsen, I. N. 2412.

5163. L · AVIANIVS · L · F · MEN ‖ FLACCVS · PONTIANVS · ‖ Q · SPEDIVS · Q · F · MEN · ‖ FIRMVS · II · VIRI · I · D · VIAM · ‖ A · MILLIARIO · AD · CISIARIOS · ‖ QVA · TERRITORIVM · EST · ‖ POMPEIANORVM · SVA · ‖ PEC · MVNIERVNT — Pompeiis extra portam Stabianam. Bull. Nap. N. S. II. (1853), p. 25.

5164. VOLASENNIAE · C · F ‖ TERTIAE · BALBI ‖ DECVRIONES ET PLEPS ‖ HERCVLANENSIS 1) — Herculanei. Gervasio, *Iscr. Nap.* p. 6; Mommsen, I. N. 2416.

1) Cf. Mommsen, I. N. 2390, 2404, 2411. Titulum hic referendum censui, ne quem decipiat Orellius, qui *Herculanos* in indice geographicorum citat, quamquam ipse antea (n. 3442) collegium eos effecisse exposuit.

5165. AVGVSTO ‖ SACRVM ‖ RESTITVERVNT ‖ LAVRINIENSES 1) ‖ PECVNIA · SVA ‖ CVLTORES ‖ D D 2) — Nolae. Grut. 1084, 1; Mur. 1085, 4. Nunc Neapoli. Bull. Nap. III, p. 102; Mommsen, I. N. 1972.

1) Ad vicum Nolanorum, cui etiamnunc *Lauro* nomen est, Minervinius titulum refert; Bull. Nap. l. l. — Pagi Nolanorum AGRIFANVS, CAPRICVLANVS, LANITA leguntur apud Mommsenium, I. N. 1981; 1982; 1983: regiones vero ROMANA et IOVIA 1989 et 1990 = Grut. 1095, 7, 8; cf. Or. 6. 2) *Donum Dederunt* Bull. Nap. IV, p. 35.

5166. · · · · · · · ‖ PATRONO · QVI C*on*‖LAPSVM · TERREMO*tu* ‖ BALINEVM · REF*ici* ‖ *cur*AVIT · AC · SVA · *pe*‖CVNIA · FECIT · OB · MV‖NIFICENTIA*m* EIVS ‖ ORDO · ET · POPVLVS · L*igu*‖*r*VM · BAEBIANO‖*r*VM · POSVERVNT — In ruderibus civitatis Ligurum Baebianorum in territorio Circellensi. Guarini, camp. Taur. p. 38; Mommsen, I. N. 1356; cf. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 60.

5167. SEX · MINIO · SE*x* · *fil* || TER · SILVANO || AED · IIVIR · II QVIN*quenn* || PATR · COLON · ALLIF*anor* || QVAEST SAC P ALIM[1]) QVAEST *p p* || DEFENS R P PRAE P P FRVM[2]) I*tem* || CVRAT CIVITAT ATINATIVM || ITEM CVRAT LIGVRVM COR||NELIANORVM[3]) || CONTVBERNIVM VENERIS || PATRONO OB MERITA EIVS || L D D D — Allifis. Guarini, *camp. Taur.* p. 6; comm. XVII, p. 1; Ann. Inst. Arch. 1844, p. 59; corr. ex exemplo Mommsenii Bull. 1845, p. 233; Mommsen, I. N. 4771.

1) QVAEST*ori* SAC*rae* *Pecuniae* ALIM*entariae*, utpote ab imperatore donatae; cf. quae ipse exposui Ann. Inst. 1844, p. 16, et nostrum n. 6666. 2) *Quaestori pecuniae publicae*, *defensori rei publicae*, PRAEP*osito* *Publici* FRVM*enti* (?), vel *Pecuniae* FRVM*entariae*, ut mavult M. 3) Quae de Liguribus Baebianis et Cornelianis olim Guarinii exemplo usus male disserui, ipso apographo Mommsenii satis refelluntur, quem de iisdem disputantem v. I. N. p. 69 et Bull. Inst. Arch. 1847, p. 172 sqq.

5168. C · SAFRONIVS · C · F · STE || SECVNDVS · AED · DECVR || BENEVENTI · PAG · VEIA||NI[1]) · CVRAT · PATRONVS || TRICLINIA · PEC · SVA · FEC || ET · DEDICATIONE · PAG || EPVLVM · DEDIT || IMP · VERO · $\overline{III}$ · COS[2]) — Pagi, VI m. p. a Benevento, in fundo qui dicitur *li Piani*. Garrucci, Mon. Lig. p. 31; Mommsen, I. N. 1487.

1) VETANI G. Bull. Nap. V, p. 72; sed recte M.; cf. I. N. 1782. 2) A. 920 = 167.

5169. IMP · CAESAR || DIVI · NERVAE · F || NERVA · TRAIANVS || AVG · GERM · DAC || PONT · MAX · TR · PO*t* || XIII · IMP · VI · COS · V[1]) || P · P || VIAM · ET · PONTES || BENEVENTO · BRVNDISIVM || PECVNIA · SVA — Paduli. Garrucci, *Antichch. de' Liguri Bebiani* p. 19; Mommsen, I. N. 6290, quem de permultis cippis simillimis v. p. 346.

1) A. 862/3 = 109/10.

5170. D M || IVLIAE || EVPLIAE || COL · VICT[1]) || P — *Castel di Sangro*. V. Mommsen, I. N. 5144.

5416. Liberti imperatoris exstant apud Mur. 916, 6: SER · SVLPICIO ‖ AVG · L · FAVSTO ‖ AB ADMISSIONE ‖ SER · SER · SVLPICI ‖ AGATHEMER ‖ ET THALLVS ‖ CONLIBERTO — et 1014, 5.

5417. A · TVRRE · XXXVIII ‖ IMP · VITELLIVS · CAESAR [1]) — Fragmentum cippi mil visum anno 1828 inter *Torra·bam* et *N. S. di Cabu Abbas* Sardiniae. Della Marmora, voyage II, 472, 19.

1) Vitellium Caesaris nomen recusasse et inclinante tantum fortuna superstitione nominis Caesarem se dici voluisse constat (Tac Hist. II, 62; III, 58; Suet. Vit. 8). Neque tamen propterea pro spurio titulum habendum esse censeo, quem testis locupletissimus exstare affirmat. Fieri poterat, ut in provincia nomen Caesaris ei tribueretur, antequam id eum aspernatum esse innotuisset, ut in nummis Alexandrinis idem nomen reperitur (cf. Eckhel. VI, p. 310). Quod si minus placet, exeunti eius imperio monumentum assignandum est.

§. 11. VESPASIANVS.

N. 741 extr. corr. P . P.

N. 746 cf. 2364.

N. 747 corr. Mommsen, I. N. 2400: FLÁVIAE . DOMITILLAE ‖ *imp.* VESPÁSIÁN*i* . CAESAR*is* AVG.

N. 749, v. 7 l. LEG . $\overline{XIII}$; v. 16 pro P l. F; Tonini, *Rimini* p. 352, 44, ex Cod. Rigazziano. Titulum plane similem eidem viro *salinatores civitatis Morinorum* fecerunt; l. l. n. 45.

N. 750 ipse vidi. Apicibus titulus distinctus est. V. 1 extr. A . ., i. e. *Aniensi*; Fea, *Fasti* p. CIII, qui versuum distributionem accuratius indicavit. Postea l. CHERONENSI, et errore quadratarii IN ‖ IN HISPANIAM.

5418. IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVGVSTVS · PONTIFEX ‖ MAXIMVS · TRIBVNIC · POTESTAT · $\overline{V}$ · IMP · $\overline{XIII}$ · P · P ‖ COS · $\overline{V}$ · DESIGNAT · $\overline{VI}$ · CENSOR [1]) ‖ EQVITIBVS · ET · PEDITIBVS · QVI · MILITANT · IN · ALIS SEX ‖ ET COHORTIBVS DVODECIM QVAE APPELLANTVR ‖ $\overline{I}$ · FLAVIA GEMINA · ET · $\overline{I}$ · CANNENEFATIVM · ET · $\overline{II}$ · FLAVIA · GEMINA · ET · PICENTIANA · [2]) ET · SCVBVLORVM [3]) ‖ ET · CLAVDIA · NOVA · ET · $\overline{I}$ ·

THRACVM · ET · I · ASTVRVM || ET · I · AQVITANORVM VETERANA · ET · I · AQVITANORVM BITVRIGVM · ET · II · AVGVSTA CYRENAICA · ET · III || GALLORVM · ET · III · ET · IIII · AQVITANORVM · ET · IIII · VINDELICORVM · ET · V · HISPANORVM ET V · DAL||MATARVM · ET · VII · RAETORVM · ET · SVNT · IN · GER||MANIA · SVB CN · PINARIO CORNELIO · CLEMENTE [4]) || QVI · QVINA · ET · VICENA · STIPENDIA · AVT · PLVRA || MERVERANT · QVORVM NOMINA · SVBSCRIPTA || SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQVE EORVM · CIVI||TATEM · DEDIT · ET · CONVBIVM CVM VXORIBVS || QVAS TVNC · HABVISSENT · CVM EST · CIVITAS IIS || DATA · AVT · SI QVI CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS QVAS || POSTEA · DVXISSENT · DVM · TAXAT · SINGVLI · SINGVI||LAS A · D · XII · K · IVNIAS || Q · PETILLIO · CERIALE · CAESIO · RVFO II || T · CLODIO · EPRIO · MARCELLO · II · COS [5]) || ALAE · SCVBVLORVM · CVI PRAEST (sic) || TI · CLAVDIVS · SP · F ATTICVS || GREGALI || VETVRIO · TEVTOMI F · PANNON || DESCRIPTVM · ET RECOGNITVM · EX · TABVLA AENEA QVAE || FIXA EST ROMAE · IN CAPITOLIO · INTRO · EVNTIBVS || AD SINISTRAM · IN MVRO · INTER DVOS · ARCVS — In parte externa tabulae aeneae rep. 1832, in vico *Sikátor* comitatus *Veszprimensis*. In parte interiore eadem repetuntur. In altera parte externa haec leguntur testium nomina: L · CAECILI · L · F · QVIR · IOVIANI || L · CANNVTI LVCVLLI · CLV · TVDER || L · IVLI · C · F · SILVINI CARTHAG || SEX · IVLI · C · F · FAB · ITALICI · ROM || P · ATINI · RVFI · PAL || C · SEMPRONI · SECVNDI || M · SALVI · NORBANI · FAB — Arneth, *Militärdipl.* tabb. III et IV, p. 29 sqq.; Cardinali, *Dipl.* VI; Cavedoni, *Notizia e dich. di un dipl. mil.*, *Modena*, 1832.

1) a. 74. 2) *Picentina* Tac. Hist. IV, 62 et C. I. Gr. 3991, ubi Boeckhius male (*B*)εικεντεινῆς. Nomen a Picente quodam (cf. n. 110) deducendum esse, exposui in *Rhein. Jahrbb.* 1848, quum tabulam hon. miss. Hadriani Augusti publicarem. 3) *Scubulos* Borghesius apud Cardinalium, op. cit. p. 91, pro *excubulis* sive *excubitoribus* dictos esse suspicatus est; mihi contra populi ignoti nomen esse videtur. 4) cf. n. 5256 et 5427. 5) cf. Cardinali, op. cit. p. 87 sqq. et n. 5425.

5419. LVI · A · TVRRE || IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVG || PONTIFEX · MAXIMVS · TRIB || POT · V · IMP · XIII · P · P · COS · V || DESIGN · VI · [1]) CENSOR · REFECIT || ET · RESTITVIT · *curante* || SEX · SVBRIO · DEXTRO · PROC · ET · PRAES · PROV · SARDINIAE — *Macomer* Sardiniae. Della Marmora, voyage II, p. 469, 10. Alterum exemplum numero LV insigne l. l. n. 11.

1) a. 74.

5420. *imp · caesa*RI · VESPASIA*no* || *augusto · pont* · MAX · TRIB · POTES*t · vi* || *cos · vi · designa*T · VII · IMP · XIIII · P · P · C*ens* [1]) || EX TESTAM*ent* || · · · · *mae*C · MARCELLI · D [2]) LEG · XI · CL*aud* || *piae · fid · pr*AEF · [3]) CIVITATIS · MAEZE · · · || · · · · · · PATIVM · [4]) PRAEF · CHOR · III · ALT · · · [5]) || · · · · · · IANORVM · II · VIR · I · D · QVINQV*enn* || *patr*ONI COLONIAE — Boviani unde-

cimanorum (*Bojano*), Mommsen, I. N. 4987, cuius lectionem confirmavit postea Brunnius, nisi quod notavit v. 4, ubi Mommsenius dat *IIIIIIX*, male indicari pro rasura quod est spatium vacuum legique ibi EX.

1) a. 75. 2) Mommsen edidit D, interpretatus *Deducti*. Equidem neque *deductum* per simile compendium indicatum esse censeo, neque hominem praefecturis functum simpliciter *deductum* posse appellari. 3) Idem: CL*aud* ‖ *pi*AE . F . Quo supplemento lacunam satis impleri nego; praeterea genitivus CIVITATIS vocabulo quodam eget, quo regatur. Satis autem noti sunt praefecti civitatum barbararum; cf. nn. 6938, 6939 cet. — De Maezeiis sic Mommsenius ind. p. 460: „Maezeiorum civitas in Pannonia sive Delmatia; v. Grut. 573, 1; Strab. VII, 5, 3; Plin. III, 22, 142; Ptol. II, 16, 8; Dio LV, 32.“ 4) fortasse *praef. coh . . . Canninefatium*. 5) ALP*inorum* ? M.

5421. DIS MANIBVS ‖ VITALI FECIT ‖ TYRANNVS ‖ POLLAE[1]) NOSTRAE ‖ ACTOR — Romae. Act. Acad. Pontif. Arch. II, p. 675.

1) Editor ad Pollam Vespasiani matrem titulum spectare opinatus est, cuius rei argumentum affert *nostrae* illud, quod nisi de imperatoribus dici non potuerit. Constat tamen cuiuscumque ordinis dominos a servis ita appellari solitos. Hoc tantum pro illius sententia militat, quod eodem loco monumentum quoddam effossum est, quo Domitia Domitiani commemoratur.

5422. SER · CORNELIO ‖ IVLIANO FRAT ‖ PIISSIMO · ET ‖ CAL*visi*AE · EIVS ‖ P · CALVISIVS ‖ PHILO*t*AS · ET · SIBI ‖ EX INDVLGENTIA ‖ FLAVIAE DOMITILL[1]) ‖ INFR · P · XXXV ‖ INAGR · P · XXXX — *Tor Marancio* in agro Romano. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 155.

1) Vespasiani Augusti uxor, filia, neptis his nominibus appellabantur; quum vero uxor et filia ante susceptum imperium decesserint, verba autem *ex indulgentia* fortunam quandam altiorem indicare videantur, neptem Calvisio favisse credo. — Ad eandem pertinet titulus in Mus. Vat. asservatus:

5423. TATIA · BAYCYI · · *nu*‖TRIX · SEPTEM · LIB*erorum* ‖ DIVI · VESPASIAN*i* · *et* ‖ FLAVIAE · DOMITIL*lae* ‖ VESPASIANI · NEPTIS · *I* · · · ‖ EIVS · BENEFICIO · HOC · SEPHVLCRV*m*[1]) ‖ MEIS · LIBERTIS · LIBERTABVS · PO*sui* — *Nov. lett. Fior.* 1772, p. 678. V. ipse.

1) [Legerim: Tatia Baucy*lla*, *nu*trix septem lib*erorum* divi Vespasian*i* *Aug. et* Flaviae Domitil*lae* Vespasiani (*uxoris*), neptis *Augusti* eius beneficio hoc sephulcru*m* *mihi et* cet. MOMMSEN.]

* 5424. DIS MANIBVS ‖ DOMITILLAE · VESPASIAE ‖ VESPASIANI · FILIAE · QVAE ‖ NON · PERENNAVIT[1]) — Interocrii. Bull. Inst. Arch. 1838, p. 188; Ann. Inst. Arch. 1838, p. 300; Mommsen, I. N. 878*.

1) Cardinalius (Bull. l. l.) suo iure ut spurium titulum condemnavit, ex eo potissimum loco Suetonii confictum, quo soror quaedam Vespasiani commemoratur, *quae non perannavit* (Vesp. 5). Defendit frustra Urlichsius (Ann. l. l.). Ipse autem ille titulus, quem una cum hac inscriptione repertum esse affirmat, apographum est parum diligenter confectum monumenti sub porta Interocrii muro infixi; cf. Fabr. 400, 292, et Mommsen, I. N. 6261.

5425. T · CLODIO · M · F · PAL ‖ EPRIO · MARCELLO ‖ COS · II · [1]) AVGVRI ‖ CVRIONI · MAXIMO ‖ SODALI · AVGVSTALI ‖ PR · PER · [2]) PROCOS ‖ ASIAE · III[3]) ‖ PROVINCIA · CYPROS — Capuae, nunc in Museo Borbonico. Avellino, *sopra un' epigrafe del R. Museo Borbonico* ecc., Napoli 1831, 4; cf. Borghesi, Bull. Inst. Arch. 1831, p. 147; Mommsen, I. N. 3599.

1) cos. I suff. inter annos 811—814; cos. II a. 827 = 74. Borghesi, l. l. et 5418. 2) Praetor uno die a. 801; Tac. Ann. XII, 4. 3) tribus annis continuis 824—827; ll. ll.

5426. C · DILLIO · A · F . SER · VOCVLAE [1] || TRIB · MIL · LEG · I · IIIIVIRO · VIARVM || CVRANDAR · Q · PROVINC · PONTI · ET || BITHYNIAE · TR · PL · PR · LEG · IN || GERMANIA · LEG · XXII · PRIMIGENIAE [2] || HELVIA · T · F · PROCVLA · VXOR · FECIT — Romae. Mur. 697, 5.

1) Eius frequens mentio in historia belli contra Civilem gesti; cf. Tac. Hist. IV. 2) Hoc titulo apud Tac. Hist. IV, 24 *duoetvicesimae* legendum esse certo constat; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 167.

5427. CN · PINARIVS · L · F · PAP · COR*nelius* · *clemens* · *cos* · *aug* · || LEGAT · PROPR · EXERCITVS · QV*i* · *est* · *in germania sup* · *cur* · *aedium* || SACRARVM · LOCORVMQ · PVBL*icor* · *honoratus* · *a senatu* || TRIVMPHALIBVS · ORNAMENT*is* · *auctore* · *imp* · *caes* · *vespasiano* · *aug* · *ob res* || IN GERMAN*ia* · *prospere* · *gestas* [1] — Hispelli. Grut. 451, 6; rest. Borghesius apud Cavedonium, *Dipl. mil.*, p. 16, inde Cardinali, *Dipl.* n. 122. Ipse vidi et descripsi.

1) cf. de legatione eius Germanica n. 5256 et 5418. — Borghesius in v. 2 scripsit *exercitus*, *qui est in Africa*; quum vero nihil de legatione eius Africana constet, equidem collato titulo n. 6501 *in Germania* maiore cum probabilitate scribi censui. Id quod nunc confirmatur n. 5256 postea invento.

§. 12. TITVS. IVLIA TITI FILIA.

N. 753 spurius; Mommsen, I. N. 520*.

N. 754, v. 2 PLEPS; v. 4 ACCIPIT. Exstat Neapoli in Museo Borbonico, ubi v. Mommsen, I. N. 6786.

N. 756 et 757, suspectus; nota formulam *pro salute reditus*, Titum viventem *divum*, *divum* vero Vespasianum imperatorem et Augustum dictum. Quae autem Orellius exempla attulit *Divi* nominis post obitum adiecti, ea et ipsa maxime suspecta sunt.

N. 759 suo iure defendit Mommsenius, Anall. epigr. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1850, p. 303); vidit enim eum Anonym. Einsiedl., ex cuius apographo posteriora exempla omnia fluxerunt.

N. 760, titulus est arcus Titi (n. 758) conglutinatus cum inscriptione Don. I, 4, et ipsa ex duobus titulis composita; cf. de Rossi, *le prime raccolte d'antiche iscrizz.*, p. 149 (ex Giorn. Arcad. 1852, t. 127 et 128). V. 2 extr. deest F.

N. 761: fragmenta columnarum mediae navis veteris basilicae Vaticanae, litteris maximis; a Sarti et Settele, *de cryptis Vaticanis* p. 60, ita e codice quodam Grimaniano descripta: DIVO . TITO . DIVI *vespasiani f* . *vespa*SIANO || AVGVSTO . IMP . CAES . DIVI . NER||VAE . F . NERVA . *traianus germa*NICVS || DAC*icus* . *pont* . MAX . TRIB . PO*t* || *cos* . P . P . FECIT.

N. 762, v. 1 AVG; Mommsen, I. N. 5165, qui vidit.

5428. IMP · TITVS · CAES*ar* · *divi* · *vespasia*NI · F · VESPASIA-|| NVS AVGVSTVS · *pontifex* · *maxi*MVS · TRIBVNIC || POTESTAT VIIII I*mp* · *xv* · *p* · *p* · *cens*OR COS VIII [1] || IIS QVI MILITAVER*unt equites* ET PEDITES IN || ALIS QVATTVOR ET CO*horti*BVS DECEM ET TRI||BVS · I ARVACORVM I · CIV*ium* ROMANORVM II · AR-|| VACORVM FRONTONIANA I ALPINORVM I MONTA||NORVM I NORICORVM I LEPIDIANA I AVGVSTA || ITVRAEORVM I LVCEN-

SIVM I ALPINORVM · I ‖ BRITANNICA II · ASTVRVM ET GALLAECORVM $\overline{II}$ ‖ HISPANORVM $\overline{III}$ THRACVM V BREVCORVM $\overline{VIII}$ ‖ RAETORVM QVAE SVNNT (sic) IN PANNONIA SVB T ‖ ATILIO RVFO [2]) QVINIS ET VICENIS PLVRIBVSVE STI‖PENDIIS EMERITIS DIMISSIS HONESTA MISSIO‖NE ITEM IIS QVI MILITANT · IN ALIS DVABVS ‖ I CIVIVM ROMANORVM ET · $\overline{II}$ ARVACORVM ET ‖ COHORTE $\overline{VIII}$ RAETORVM ET SVNT SVB EODEM ‖ EMERITIS QVINIS ET VICENIS STIPENDIIS QVO‖RVM NO*mina* SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LI‖BERIS *poster*ISQVE · EORVM · CIVITATEM DEDIT E*t conubi*VM CVM VXORIBVS QVAS TVNC ‖ HABVI*ssent c*VM EST CIVITAS · IIS DATA ‖ AVT SI Q*ui* · *cae*LIBES · ESSENT CVM · EIS QVAS ‖ POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT · SINGVLI ‖ SINGVLAS IDIBVS IVNIS ‖ L LAMIA PLAVTIO AELIANO ‖ C · MARIO MARCELLO OCTAVIO PVBLIO CLVVIO RVFO COS ‖ COHORT · $\overline{I}$ · MONTANORVM CVI PRAEST ‖ SEX NERIANVS · SEX · F · CLV CLEMENS ‖ EX PEDITIBVS ‖ SOLONI MVSCELLI · F BESSO ‖ DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM EX TABVLA · AENEA ‖ QVAE FIXA EST ROMAE IN CAPITOLIO POST · AE‖DEM FIDEI P · R · IN MVRO [3]) — In parte externa tabulae aeneae, rep. 1838 prope *Klosterneuburg;* quae desunt, rest. ex parte interna, in qua eadem leguntur. In altera parte externa haec testium nomina exstant: L · PVLLI SPERATI · ‖ *p* · ATINI RVFI · [4]) ‖ · · · · · · · EVTRAPELI · ‖ · · · · DI SEMENTINI ‖ P · MANLI LAVRI · ‖ M · STLACCI PHILETI · ‖ L · PVLLI IANVA*rii* — Arneth, *Militärdipl.* tabb. VII. VIII, p. 33 sqq.

1) a. 80. 2) Postero tempore Syriae legatus; Tac. Agr. 40. 3) cf. n. 5088. 4) cf. n. 5418.

De monumentis quibusdam libertorum Iuliae Titi filiae cf. n. 6386.

5429. D · M ‖ ARRECINAE ‖ GNOMES ‖ ARRECINA ‖ TERTVLLA [1]) ‖ DELICIO · SVO ‖ FECIT — Romae. Mur. 1436, 2; cf. 1435; 7.

1) Prior Titi uxor, soror Arrecini Clementis praefecti praetorio et bis consulis; cf. Grut. 104, 6; Murat. 346, 1; 1636, 18; Fabr. 543, 398, et corrige Tac. Hist. IV, 68; Suet. Domit. 11 et Tit. 4. Des Vergers, *lettre à Mr. Firmin Didot*, *Revue encyclopédique* 1847, *juillet*, p. 2.

§. 13. DOMITIANVS. DOMITIA. FLAVIA DOMITILLA.

N. 764, v. 4: P . X☰; not. 2 l. *Centum Virum*; cf. quoque Kellerm. apud Orell. Anal. epigr. p. 36. Exstat in Museo Vaticano Curibus allatus, ut centumvirum et quattuorvirum commemoratione constat.

N. 766, titulus, ut mihi quidem videtur, male exscriptus; neque enim temporum ratio recte se habet, quum *trib. pot. VIIII* cum *consulatu XV* conveniat, neque in publico monumento *dominum nostrum* Domitianum nominatum esse facile credam, etsi a servis vel libertis ita eum appellatum minime nego.

N. 767 melius apud Gruterum 245, 4 legitur, correctumque et interpolatum Muratorianum exemplum est. Quamquam ne in exemplo quidem Gruteriano omnia comprobo.

N. 768 pro CONS. l. COS; Mommsen, I. N. 2609.

N. 769, genuinus est; vidit eum Smetius testis locupletissimus. Fuit autem Germanus curator triumphi secundi, quem de Germanis Commodus duxit; cf. n. 798. 2919.

N. 772: L. Appius Maximus Norbanus, qui seditionem Antonii Saturnini in Germania oppressit; Borghesi, *sull' età di Giovenale*, p. 7; cf. Tillemont, II, p. 95.

N. 773, not. 2. Orellius ad eundem Domitium Lucanum, auctoritate Muratorii inductus, hunc titulum (Mur. 766, 5, cf. 858, 4) refert, quem ad Tullum fratrem pertinere Marinius demonstraverat (Atti 765): FETIALI . PRAEF . AV*xiliorum omnium* ‖ ADVERSVS . GERMANOS . QVI . CVM . ESSET *tribunus plebis* (?) ‖ CANDIDATVS . CAESAR . PR . DESIG . MISSVS . EST . AB ‖ IMP . VESPASIANO . AVG . LEGATVS . PRO . PRAETORE . AD ‖ EXERCITVM . QVI . EST . IN . AFRICA . ET . APSENS . INTER ‖ PRAETORIOS . RELATVS . DONATO . AB ‖ *im*P . VESPASIANO . AVG . ET . TITO . CAESARE . AVG . F . CORONIS ‖ MVRALI . VALLARI . AVREIS . HASTIS . PVRIS . II . VEXILLIS . III ‖ ADLECTO . INTER . PATRICIOS . TR . PL . QVEST . CAESAR . AVG ‖ TR . MIL . LEG . V . *a*LAVD . XVIR . STLITIBVS . IVDI‖CANDIS . PATRONO . OPTIMO ‖ D . D — Fulginii. — De exercitu Africano cf. Tac. Hist. IV, 48; de ipsis fratribus Afro et Tullo Borghesi, *Giorn. Arc.* I, 1819, p. 359 sqq.

5430. IMP · CAESAR · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANVS ‖ AVGVSTVS · GERMANICVS · PONTIFEX · MAXIMVS ‖ TRIBVNIC · POTESTAT · $\overline{\text{IIII}}$ · IMP · $\overline{\text{VIIII}}$ · COS · $\overline{\text{XI}}$ ‖ CENSORIA · POTESTAT · P · P [1] ‖ IIS · QVI · MILITAVERVNT · EQVITES · ET · PEDITES · IN · ALIS ‖ SEX · ET · COHORTIBVS · DECEM · ET · QVINQVE QVAE AP‖PELLANTVR · $\overline{\text{I}}$ · CIVIVM · ROMANORVM · ET · I · ET · $\overline{\text{II}}$ · ARVACORVM · ET · FRONTONIANA · ET · PRAETORIA · ‖ ET · SILIANA · ET · $\overline{\text{I}}$ · ET · $\overline{\text{I}}$ · (sic) MONTANORVM · ET · $\overline{\text{I}}$ · NORICO‖RVM · ET · $\overline{\text{I}}$ · BRITANNICA · MILLIARIA · ET · $\overline{\text{I}}$ · BRITTO‖NVM · MILLIARIA · [2] ET · $\overline{\text{I}}$ · ET · $\overline{\text{I}}$ · (sic) ALPINORVM · ET · $\overline{\text{I}}$ · LV‖SITANORVM · ET · $\overline{\text{II}}$ · ASTVRVM · ET · CALLAECORVM ‖ ET · $\overline{\text{II}}$ · HISPANORVM · ET · $\overline{\text{V}}$ · CALLAICORVM · [3] LVCENSI‖VM · ET · $\overline{\text{V}}$ · GALLORVM · ET · $\overline{\text{VI}}$ · THRACVM · ET · $\overline{\text{VII}}$ · BREVCO‖RVM · ET · $\overline{\text{VIII}}$ · RAETORVM · ET · SVNT · IN · PANNONIA ‖ SVB · L · FVNISVLANO · VETTONIANO · [4] QVINIS · ET ‖ VICENIS · PLVRIBVSVE · STIPENDIIS · EMERITIS ‖ DIMISSIS · HONESTA · MISSIONE · QVORVM · NOMINA ‖ SVBSCRIPTA · SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQVE EO‖RVM · CIVITATEM · DEDIT · ET · CONVBIVM · CVM VXORI‖BVS · QVAS · TVNC · HABVISSENT · CVM · EST · CIVITAS · IIS ‖ DATA · AVT · SI · QVI · CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS · QVAS POS‖TEA · DVXISSENT · DVMTAXAT · SINGVLI · SINGVLAS · ‖ NONIS · SEPTEMBR · ‖ D · ABVRIO · BASSO · Q · IVLIO · BALBO · COS · ‖ COHORT · $\overline{\text{I}}$ · LVSITANORVM · CVI · PRAEST · ‖ C · CISSO · C · F · STE · HONORATVS ‖ EX · PEDITE ‖ FRONTONI · SCENI · F · IASO · ‖ DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX · TABVLA · AENEA · QVAE ‖ FIXA · EST · ROMAE · IN · CAPITOLIO · IN · BASI · COLVMNAE · PARTE ‖ POSTERIORE · QVAE · EST · SECVNDVM · IOVEM · AFRICVM — In parte externa tabulae aeneae rep. 1840 in comitatu Samogyensi Hungariae, nunc in Mus. publ. Pestini. In altera parte externa: C · IVLI · LONGINI ‖ Q · CAECILI VICTORIS ‖ C · IVLI VALENTIS ‖ SEX · ELEI PVDENTIS ‖ P · VALERI RVFI ‖ L · CAECILI FLACCI ‖ C · IVLI SEVERI — Arneth, *Militärdipl.* tabb. XI. XII; cf. XIII. XIV, p. 39 sqq.

1) a. 85. 2) Britannos et Brittones diversos esse, hinc apparet. 3) In parte interna CALLAECORVM. 4) De hoc cf. titulum sequentem.

5431. L · FVNISVLANO ‖ L · F · ANI · VETTONIANO ‖ TRIB · MIL · LEG · VI · VICT · QVAES‖TORI · PROVINCIAE · SICILIAE ‖ TRIB · PLEB · PRAET · LEG · LEG · IIII ‖ SCYTHIC · [1] PRAEF · AERAR · SATVR‖NI · CVRATORI · VIAE · AEMILIAE · COS ‖ VII · VIR · EPVLONVM · LEG · PRO · PR ‖ PROVINC · DELMATIAE · ITEM · PRO‖VINC · PANNONIAE · ITEM · MOESIAE ‖ SVPERIORIS · DONATO · *ab imp* ‖ *caes · domitiano · aug* [2]) ‖ BELLO · DACICO · CORONIS · IIII ‖ MVRALI · VALLARI · CLASSICA · AVREA ‖ HASTIS · PVRIS · IIII · VEXILLIS · IIII ‖ PATRONO ‖ D · D — In loco *Turopoglys* Croatiae ad Savum sito. Marini, *Giorn. di Pisa* III, 291; corr. Katancsich, specimen philologiae et geographiae Pannoniarum; Cardinali, *Dipl.* p. 301, n. 586.

1) A. 62 eam legionem sub auspiciis Caesennii Paeti contra Vologesen Parthum duxit; Tac. Ann. XV, 7. 2) Domitiani nomen erasum, ut in plerisque monumentis eius. — Ad eundem Funisulanum quattuor fragmenta Fori Popilii obvia pertinere Borghesius ostendit, eaque foede a Muratorio confusa ita restituit (*Giorn. Arcad.* VII, p. 376 sqq. in censura operis Labusii de ara Hainburgensi):

5432. *l · funisulanu*S · L · F · ANI · VET*toni*ANVS · COS ‖ *vii · vir epulonum · s*ODALIS · AVG · PRO*cos · pr*OVINC · AFRICAE ‖ *leg · aug · pr · pr · provi*NC · DELMATIAE · ITE*m · provi*NC · PANNONIAE ‖ *item · moesiae · sup*ER · CVRATOR · AQVAR*um · cura*TOR · VIAE · AEMIL · PRAET ‖ *tr · pl · praef · aer · saturn*I · QVAES*tor · trib · milit · leg* · VI · VICTR · III *vir · a · a · a · f · f ·* ‖ . . . . — Mur. 435, 6.

5433. IMP · CAESAR · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANVS ‖ AVGVSTVS · GERMANICVS · PONTIFEX · MAXI‖MVS · TRIBVNIC · POTESTAT · V · IMP · XII ‖ CENSOR · PERPETVVS · COS · XII · P · P [1]) ‖ EQVIBVS · [2]) ET · PEDITIBVS · QVI MILITANT · IN ‖ ALIS · DVABVS QVAE APPELLANTVR · VETE‖RANA · GAETVLORVM · [3]) ET · I · THRACVM · MAV‖RETANA · ET · COHORTIBVS · QVATTVOR · I · AV‖GVSTA · LVSITANORVM · ET · I · ET · II · THRACVM · ET · II · CANTABRORVM · ET · SVNT · IN · IVDAEA SVB ‖ CN · POMPEIO LONGINO · [4]) QVI QVINA ET VI‖CENA · STIPENDIA MERVERANT · QVORVM ‖ NOMINA SVBSCRIPTA SVNT · IPSIS LIBERIS ‖ POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT ET ‖ CONVBIVM · CVM VXORIBVS QVAS TVNC‖ HABVISSENT · CVM · EST · CIVITAS · IIS · DATA · AVT ‖ SI QVI · CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS QVAS · POSTEA ‖ DVXISSENT · DVMTAXAT · SINGVLI · SINGVLAS ‖ A · D · III · IDVS · MAIAS ‖ SEX · OCTAVIO FRONTONE ‖ TI · IVLIO CANDIDO MARIO CELSO COS [5]) ‖ COH II THRACVM CVI PRAEST CLAVDIVS · MONTANVS · EQVITI ‖ SEVTHE TRAIBITHI FCOLOLETIC [6]) ‖ DESCRIPTVM ET RECOGNITVM · EX TABVLA AE‖NEA · QVAE · FIXA EST · ROMAE IN CAPITOLIO ‖ POST · TROPAEA

GERMANICI · 7) IN TRIBVNALI ‖ QVAE · SVNT · AD AEDEM FIDEI P R — Nomina testium: D · CONSI ALCIMI ‖ C TERENTI NATALIS ‖ P · SALLIENI PHILVMENI ‖ TI · CLAVDI ERASTI ‖ C · HOSTILI MARTIALIS ‖ P SILI HERMETIS ‖ C · QVINTI PHILETI — In externa parte laminarum aenearum, rep. *Clausenburgi*, deinde asservatarum in collegio civitatis *Ennyed* Transilvaniae, quo incenso et ab hostibus diruto et ipsae periisse videntur. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 24—26; *Rhein. Jahrbb.* anni eiusdem.

1) a. 86. 2) in parte interna EQVITIBVS. 3) cf. n. 748. 4) Legatus Iudaeae. Iudaeam post bellum demum Iudaicum Hadriani Palaestinam a Romanis appellatam esse hoc titulo comprobavit Borghesius, l. l. Longinus fortasse is est, de quo Tac. Hist. I, 31. 5) cos. suffecti. Fronto sex annis postea legatus Moesiae erat (Cardinali, *Dipl.* VIII); de eo fortasse Martialis 1, 56: *clarum militiae Fronto togaeque decus.* 6) COL*onia* OLE*i*TIC*os*, i. e. *Ἀὐλαίου τεῖχος*, Thraciae. 7) cf. Card. *Dipl.* VII.

5434. DIS MANIBVS ‖ EGNATIAE FES‖TAE CONIVGI · ‖ OPITVMAE ET KARISSIMAE ‖ EXOCVS DOMITIAE ‖ DOMITIANI SERVVS ‖ BENEMERENTI ‖ FECIT — Romae. Act. Acad. Pont. Arch. II, p. 675.

§. 14. NERVA.

N. 780, v. 2 pro CEN l. GERMAN*(icus)*; v. 2 PONTIFEX . MAX .; v. 5 minus recte COS . III; v. 6 TRIPVNTIO; v. 7 APPII; v. 10 pro FILIVS l. F . TRAIANVS; Chaupy, *Maison d'Horace* III, p. 391.

5435. M · COCCEIVS · *m* · *f* · · · · *nerva* 1) *cos* ‖ AVGVR · SODAL*is* · *august* · · · · *quaest* ‖ VRB · $\overline{\text{VI}}$ · VIR · TVRMA*e eq* · R · · · · *salius* ‖ PALAT · TRIVMPHALIB*us* · *ornamentis* ‖ HONORATVS · 2) PATRON*us* · · · · · · · · ‖ VETVSTATE · CONLA*ps* · · · · · · · · · — *Saxoferrati*, Doni IV, 32; Murat. 170, 5.

1) Nerva est, qui postea imperavit; Borghesi, Annal. Inst. Arch. 1846, p. 340. 2) cf. Tac. Ann. XV, 72.

5436. LIBERTATI · AB · IMP · NERVA · CALARI 1) AVG · ANNO · AB · VRBE · CONDITA · DCCCXXXXII · XXIIII · OCI · RESTITV · 2) S · P · Q · R — Romae, in Capitolio. Anon. Einsiedl. XXXVIII; Maz. 25; interpol. Grut. 246, 1; rest. Mommsen, Anal. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1850, p. 300).

1) CAESARE Mommsen. 2) DCCCXXXXIIX . XIIII . *k* . OC*t* . RESTITV*tae* Mommsen; cf. Plin. ep. IX, 13, 4; Tac. Agr. 3. — XIIII kal. Oct. anni 848 aerae Catonianae Nerva imperium suscepit; cf. Eckhel VI, p. 403.

5437. IMP · NERVA ‖ CAESAR · AVG ‖ PONTIFEX · MAXIMVS ‖ TRIBVNICIAE · POTESTATIS ‖ COS · $\overline{\text{III}}$ 1) ‖ PATER · PATRIAE ‖ FACIENDAM · CVRAVIT ‖ CXII — Mil. viae Appiae, nunc in Museo Borbonico. V. Mommsen, I. N. 6234. Alia huius similia v. l. l. 6235, et 6254, haec quidem ad viam Valeriam pertinentia.

1) a. 97.

5438. IMP · NERVA ‖ CAESAR ‖ AVGVSTVS ‖ GERMANICVS ‖ PONTIFEX ‖ MAXIMVS ‖ TRIBVNITIA · POTESTATE · $\overline{\text{II}}$ · COS ·

III || DESIGNATVS · IIII [1]) || FACIVNDVM · CVRAVIT — Mil. viae Appiae, nunc in Mus. Vat. Mur. 448, 1 parum accurate.

1) a. 97 exeunte. — Germanici nomen Nervae ob bellum Suebicum datum est, cuius mentio in titulo Gruteriano exstat:

5439. Q · ATTIO · T · F || MAEC · PRISCO || AED · II · VIR · QVINQ || FLAM · AVG · PONTIF || PRAEF · FABR · PRAEF · COH · I || HISPANORVM · ET · COH · I MONTANORVM · ET · COH · I || LVSITANOR · TRIB · MIL · LEG · I || ADIVTRIC · DONIS · DONATO || AB · IMP · NERVA · CAESARE · AVG || GERM · BELLO · SVEBIC · [1]) CORON || AVREA · HASTA · PVRA · VEXILL || PRAEF · ALAE · I · AVG · THRACVM || PLEPS · VRBANA — *Sorronali* Lusitaniae Grut. 368, 5; cf. Gazzera, *lapidi Eporediensi* p. 17, qui Libarnae (*Serravalle*) in Italia recte ponit.

1) Bellum Suebicum Nervae in hoc solo titulo memoratur.

§. 15. TRAIANVS EIVSQVE TEMPORA.

N. 785 v. 486.

N. 794, v. 3 TRICLINIARCH; v. 8 TREIECTAE sic; v. 10 PONTIFIC; exstat in Museo Vaticano, ubi vidi. Cf. Kellermann, apud Orell. Anall. epigr. p. 36.

N. 796 defendit Mommsenius (I. N. 5619), Phoebonii potissimum auctoritate usus, a qua ceteri pendent; v. 1 DIVI; v. 5 PARTHICO; v. 6 corr. TRIB . POT . XXI . IMP . XII; v. 8 Q .; v. 10 et 11 ita dat: ET . POSSESS . . . . . || QVOS . LACVS . FVCINI . VIOLENT . . . .

N. 798; nescio, quomodo Orellius ad consulem anni 105 titulum referre potuerit, quem praeter nomina satis diversa sola mentione duorum Augustorum temporibus Antoninorum posteriorem esse facile constabat. Marinius certe ab eo laudatus nihil eiusmodi dixit. Spectat autem ad Candidum ducem Septimii Severi, qui inter Nicaeam et Cium vicit Pescennium (Dio 74, 6) et postea a Nisibi cum Laeto et Laterano ad debellandos populos vicinos missus est (Dio 75, 2). Expeditio igitur, quae in hac inscriptione Asiana dicitur, bellum est adversus Pescennium gestum; quae Parthica appellatur, prius bellum, quod Pescennianum secutum est; Gallica denique est bellum contra Albinum. De singulis accuratius nuper disputavi in *Rhein. Jahrbb.* XII, 1848. Mitto, quae in iisdem Lerschius de hoc titulo hariolatus est, quae, quamvis omni fundamento careant, nihilominus Zellio placuisse video (*Handbuch* I, n. 1593). — Finestres, inscr. Catal. cl. IV, 6, versum 1 erasum esse dicit. Omissis ceteris minoris momenti lectionibus, quas varie ille exhibet, noto v. 5 H . H . P . R, ***hostes populi Romani***, et v. 10 NICOMEDIENSIVM.

N. 799, nisi fictitius est, mihi certe interpolatus esse videtur. Nota praeter inusitatam dicendi rationem vv. 3—6 et *castrensem coronam* hoc unico monumento obviam et diem in extremo titulo sine anni mentione commemoratum. Neque *IIviri* *HVIVS municipii* magis placent, etiamsi duumviratum municipii admittere velis.

N. 803 v. corr. 5309.

N. 804, de Brittonibus et Britannis cf. 5430 et Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 314.

5440. IMP · CAESAR · DIVI · NERVAE || F · NERVA · TRAIANVS · AVG · || GERMANICVS · DACICVS · || PONTIFEX · MAXIMVS || TR · POT · VII · IMP · IIII || COS · V · P · P [1]) — Tyndaride in Mus. Panhormitanum illatus, rep. una cum statua Traiani. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 55, 2.

1) a. 104.

5441. *im*P CAES DIVI || *ne*RVAE · F · NERVAE || *tra*IANO · AVG · GERM || *da*CICO · PON · MAX · TR · P*ot* || XI · IMP · VI ·

COs · *v* · *p* · *p* ‖ *optim*O · AC · MA*ximo* · *principi.* — Rusicadi *(Philippeville).* Clarac, *Musée*, *Inscr. pl.* LXXIV, n. 26.

1) Titulum propterea hic attuli, quia Traianum trib. pot. XI sexies iam imperatorem salutatum esse fuisse eo confirmatur; dubitavit enim Eckhelius, quo anno sextum imperator dictus esset; cf. vol VI, p. 462.

5442. IMP · CAESAR · DIVI · NERVAE · F · NERVA · TRAIANVS ‖ AVGVSTVS · GERMANICVS · DACICVS · PONTIFEX · MAX‖IMVS · TRIBVNIC · POTESTATE · VII · IMP · IIII · COS · V · P · P [1]) ‖ EQVITIBVS · ET · PEDITIBVS QVI MILITANT · IN ALIS ‖ QVATTVOR · ET · COHORTIBVS · DECEM · ET · VNA · QVAE · AP‖PELLANTVR · Ī · THRACVM · ET · Ī · PANNONIORVM · TAM‖PIANA [2]) ET · ĪĪ · GALLORVM SEBOSIANA · [3]) ET · HISPA‖NORVM VETTONVM C · R · ET · Ī · HISPANORVM · ET · Ī ‖ VALCIONVM · [4]) MILLIARIA · ET · Ī · ALPINORVM · ET · Ī ‖ MORINORVM · ET · Ī · CVGERNORVM · ET · Ī · BAETASI‖ORVM · ET · Ī · TVNGRORVM · MILLIARIA · ET · ĪĪ · THRA‖CVM · ET · ĪĪĪ · BRACAR · AVGVSTANORVM · ET · ĪĪĪ ‖ LINGONVM · ET · ĪĪĪĪ · DELMATARVM · ET · SVNT ‖ IN BRITTANNIA SVB · L · NERATIO MARCELLO [5]) ‖ QVI QVINA ET VICENA STIPENDIA ‖ MERVERVNT (sequuntur formulae consuetae, ut in n. 5433; deinde:) A D XIIII · K · FEBR ‖ M · LABERIO MAXIMO ĪĪ ‖ Q GLITIO ATILIO · AGRICOLA ĪĪ COS [6]) ALAE · Ī · PANNONIORVM TAMPIANAE · CVI PRAEST ‖ C · VALERIVS CELSVS ‖ DECVRIONI ‖ PEBVRRO · SEVERI · F · HISPAN ‖ DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM EX TABVLA · AENEA ‖ QVAE · FIXA · EST ROMAE · IN MVRO · POST · TEMPLVM ‖ DIVI · AVGVSTI AD MINERVAM Testes: Q · POMPEI HOMERI ‖ C · PAPI EVSEBETIS ‖ T · FLAVI SECVNDI ‖ P · CAVLI VITALIS ‖ C · VETTIENI MODESTI ‖ P · ATINI HEDONICI ‖ TI · CLAVDI MENANDRI — Prope *Bath* Britanniae. Lysons, Reliquiae Britannico-Romanae I, p. 4; ex eo Cardinali, *Dipl.* XI, cuius editionem secutus sum.

1) a. 104; de tribunicia potestate Traiani cf. ad n. 5443. 2) cf. Card. l. l. p. 144, n. 279; Grut. 45, 4. 3) Nomen de praefecto quodam Seboso deductum; cf. annot. ad n. 5218. 4) corr. VANGIONVM; cf. n. 5455. 5) cf. n. 5447. 6) cf. Cardinali, op. cit. p. 154, et Borghesi, *Giorn. Arcad.* VII, p. 376 sqq. et Ann. Inst. Arch. 1852, p. 13.

5443. IMP CAESAR DIVI NERVAE F NERVA TRAIA‖NVS AVG GERM DACICVS PONTIF MAXIMVS ‖ TBIBVNIC POTESTAT · XIIII IMP · VI · COS · V · P P [1]) ‖ EQVITIBVS ET PEDITIBVS QVI MILITAVERVNT IN ‖ ALIS DVABVS ET COHORTIBVS DECEM QVAE AP‖PELLANTVR Ī CIVIVM ROMANORVM ET Ī AVG ‖ ITVRAEORVM SAGIT‖TAR · ET · Ī · BRITANNICA ∞ C R ET · Ī · HISPANOR ‖ P F ET Ī THRACVM C R ET Ī ITVRAEORVM ET Ī ‖ FLAVIA VLPIA HISPANORVM ∞ C R ET ĪĪ GAL‖LORVM MACEDONICA ET ĪĪĪ CAMPESTRIS C R ET ĪĪĪĪ CYPRIA C R ET VIII RAETORVM C R ‖ ET PEDITES SINGVLARES BRITANNICI [2]) ET SVNT ‖ IN DACIA SVB D TERENTIO

SCAVRIANO — (quae sequuntur, eadem sunt atque in n. 5430; postea:) A D XIII K MART ‖ SER · SCIPIONE · SALVIDIENO ORFITO ‖ M · PEDVCAEO PRISCINO COS [1]) ‖ ALAE · Ī · AVG · ITVRAEOR · CVI PRAEST ‖ C · VETTIVS PRISCVS ‖ EX GREGALE ‖ T · HAEMO HORATI · ITVRAEO · ‖ ET · F · EIVS · ET · MARCO F · EIVS · ET ANTONIO F · EIVS ‖ DESCRIPTVM cet., ut in n. 5442. — Arneth, *Militärdipl.* VI, p. 49 sqq.

1) a. 110. Titulos 5442 et 5443 ideo potissimum hic referendos esse credidi, quod iis tribuniciam potestatem a Traiano inter dies *a. d. XIII. kal. Febr.* et *a. d. XIII kal. Martias* renovatam esse constat. Id quod exeunte Octobre die adoptionis eius factum esse Eckhelius censuit (VIII, p. 412). Quod si verum esset, a. d. XIII kal. Martias anni 110 Traianus trib. pot. XIII dicendus erat. Iam vero quum a. d. XIII kal. Febr. anni 104 trib. pot. VII Traianus fuerit, anno autem 110 a. d. XIII kal. Martias pro trib. pot. XIII trib. pot. XIIII in documento publico incisa sit, dubium esse nequit, quin inter dies ante commemoratos trib. pot. iterata sit. Borghesius igitur suo iure proposuit, id eo die factum esse, quo Nerva mortuus est, a. d. IV vel V kal. Febr., quem diem ipse *diem imperii sui* appellare solebat (Plin. ep X, 49 et 102), ita ut primam trib. pot., die adoptionis acceptam, per tres tantum menses obtinuerit. Cf. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 330 sq. 2) Cf. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 8.

5444. *imp. caesari* · *d*IVI · NERVAE · F · NERVAE · *traiano aug* ‖ *germanico* · *dacic*O · PONTIFICI · MA*ximo* · *trib* ‖ *pot* · *xii* · (?) *i*MP · VI · COS · V · *p* · *p* ‖ *ob mu*NIFICENTIAM · SVAM · · · · ‖ · · · · · · SVBOLEMQ · ITALIAE [1]) · · · · · · · ‖ · · · · · · IT MVNICIPII *auximatium* ‖ *decuriones* · *et* · *plebs* — Auximi. Fabr. 686, 91; Mur. 230, 3; ipse exscr.

1) Ad alimenta civitatibus Italiae donata pertinet; cf. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 13.

5445. S P Q R ‖ IMP · CAESARI · DĪVI ‖ NERVAE · F · NERVAE ‖ TRAIANO · AVGVSTO ‖ GERMANICO · DACICO ‖ PONTIF · MAX · TRIBVNICIA ‖ POTEST · XVI · IMP · VI · COS · VI · P · P [1]) ‖ OPTIME DE · REPVBLICA ‖ MERITO · DOMĪ · FORĪSQVE — Romae in Foro Traiani. Fea, *scavi del foro Traiano e dell' anfiteatro Flavio*, p. 22; *frammenti di fasti* n. 21.

1) a. 112/3.

5446. L · NERATIO · L · F ‖ VOL · PRISCO ‖ PRAEF · AER · SAT · COS ‖ LEG · PR · PR · IN PROV ‖ PANNONIA ‖ SCRIBAE · QVAÉSTOR ‖ ET · MVNERE · FVNCTI ‖ PATRONO [1]) — Saepini (*Altiliae*). Mommsen, I. N. 4931; cf. 4932.

1) Neratius clarissimus iureconsultus, cos. a. 83; cf. de familia Neratiorum Borghesium Ann. 1852, p. 5 sqq. — Ad eius fratrem Marcellum (Dig. XXXIII, tit. 7, l. 12, § 43) pertinet sequens titulus:

5447. *l* · *neratio* · *l* · *f* · *vol* · *marcello* · *cos* [1]) *leg* ‖ DIVI · TRAIANI · AVG · PROV ‖ BRITANNIAE · [2]) CVRAT · AQVAR ‖ PR · TRIB · MIL · LEG · XII · FVL‖MINAT · SALIO · PALAT · QVAEST ‖ AVG · CVRAT · ACTORVM · SENA‖TVS · [3]) ADLECTO · INTER · PATRIC · ‖ AB · DĪVO · VESPASIANO · IIII · VIR ‖ A A A F F ‖ EX TESTAMENTO · VETTILLAE · EIVS — Saepini. l. l. n. 4933; rest. Borghesi.

1) cos. a. 103; cos. II a. 128; cf. Bull. Inst. 1851, p. 35. 2) a. 104; cf. n. 5442. 3) idem, quod *ab actis senatus*; cf. Borghesi, l. l.

Ad clarissimos duces belli Dacici Licinium Suram, Glitium Agricolam, Minicium Natalem, Pompeium Falconem pertinent inscriptiones sequentes:

5448. . . . . *cum* ‖ IMP · CAESAR · NERVA · TRAIANVS · *aug* · *germanicus* ‖ DACICVS · GENTEM · DACOR · ET · RECEM · (sic) DECEBALVM ‖ BELLO · SVPERAVIT · SVB · EODEM · DVCE · LEG · PROPR · 1) AB ‖ EODEM · DONATO · HASTIS · PVRIS · VIII · VEXILLIS · VIII ‖ CORONIS · MVRALIB · II · VALLARIB · II · CLASSICIS · II ‖ AVRATIS · II · 2) LEG · PROPR · PROVINCIAE · BELGICAE · LEG · LEG · I ‖ MINERVIAE · CANDIDATO · CAESARIS · IN PRAETVRA ‖ ET · IN TRIBVNATV · PLEB · QVAESTORI · PROVINCIAE ‖ ACHAIAE · IIII · VIRO · VIARVM · CVRANDARVM ‖ HVIC · SENATVS · AVCTORE · IMP · TRAIANO · AVG ‖ GERMANICO · DACICO · TRIVMPHALIA · ORNAMENT ‖ DECREVIT · STATVAMQ · PECVN · PVBLIC · PONEND · CENSVIT — Romae, in Mus. Capitolino. Grut. 430, 5; v. ipse. Initio tituli nonnulla nunc desunt.

1) Hunc titulum ad nullum alium nisi ad Suram spectare posse demonstravit Borghesius, Ann. Inst. 1846, p. 343. 2) Duplex numerus donorum militarium ad duas expeditiones Dacicas pertinet, quas monumentis epigraphicis simplici belli Dacici nomine indicari constat; l. l.

5449. *q* · *glitio* · *p* · *f* · *s*TEL ‖ *atilio* · AGRICOLAE · COS · II 1) ‖ *vii* · *viro* · EPVLON · LEG · PROPR ‖ *imp* · *nervae* · TRAIANI · CAES · AVG · GER ‖ *dacici* · *pr*OVINCIAE · PANNONIAE ‖ *donato* · *ab e*ODEM · DONIS · MILITARIB ‖ *hastis* · *puris* · *iii*I · VEXILLIS · IIII · CORONA ‖ *vallari* · *coron*A · MVRALI · CORONA ‖ *classica* · *coro*NA · AVREA · LEG · PROPR ‖ *provinc* · *belgic*AE · DIVI · NERVAE ‖ *leg* · *leg* · *vi* · *fe*RRATAE · LEG · ‖ *hispaniae* · *citer*IOR · PR*aet* ‖ *aed* · *cur* · *q* · *divi* · *vespasiani* · *trib* · *mil* ‖ *leg* · *i* · *italic* · *xvir* · *stlitib* · *iudic* — Augustae Taurinorum, rep. 1831. Rest. Cardinali, Dipl. p. 155, n. 282; cf. Maff. M. V. 213, 3–6 (Grut. 416, 6, 7; 367, 1; Mur. p. 310 et 311).

1) a. 104; cf n. 5442. — Legatus Pannoniae cum Laberio Maximo, tunc legato Moesiae, bello Dacico interfuit, atque cum eodem ob res bene gestas alterum consulatum obtinuit. Primum consul sub Nerva fuit; cf. Borghesi, Ann. 1846, p. 343.

5450. *l* · *minicius* · · · *f* · *gal* · *na*TALIS · COS · 1) PROCOS ‖ *provinc* · *africae* · *sodalis augus*TALIS · LEG · AVG · PR · PR · DIVI · TRAIA‖*ni* · *parthici* · *et* · *imp* . *traiani* · *ha*DRIANI · AVG · PROVINC · PAN‖*noniae* · *inferioris* · 2) *curator* · *a*LVEI · TIBERIS · ET · RIPARVM · ET ‖ *cloacarum* · *urbis* · *leg* · *divi* · *tra*IANI · PARTHICI · LEG · III · AVG · DI*vi* ‖ *traiani* · *leg* · · · · · · BIS · DONATVS · EXPEDITIONE · DACIC*a* ‖ *ab eodem* · *donis* · *militaribus* · *c*ORONA · VALLARI · MVRALI · AVREA ‖ HASTIS · *puris* · *iii* · *vexillis* · *ii* 3) *l*EG · PR · PR · PROVINC · AFRICAE · PR ‖ TRIB · PL · Q · P*rov* · · · · · · · IIII · VIR · VIARVM · CVRANDARVM ET ‖ L · MINICIVS · L · F · *gal* · *natalis* · *quadro*NIVS · VERVS · F · AVGVR · TRIB · PLEBIS ‖ DESIG · Q · AVG · ET · *eodem* · *tempore* · *leg* · PR · PR · PATRIS · PRO-

VINC · AFRICAE · TR ‖ MIL · LEG · I · ADIVT · P · F · LE*g* · XI · *cl · p · f · leg · xiiii · g · ma*RT · VIC · IIIVIR · MONETALIS · A · A · A · F · F ‖ BALINEVM · *cum · port*ICIBVS · SOLO · SVO · ET ‖ *pecunia · sua* · FECERVNT — Barcinone. Ex duobus fragmentis Grut. 498, 5 (Mur. 436, 2; 764, 3 = de Finestres, Inscr. Catal. p. 306) et Mur. 835, 10 (de Fin. p. 213) composuit Borghesius, *Saggiatore* 1846, VI, p. 270 sqq., titulo Tiburtino Minicii filii usus, quem v. n. 6498.

1) a. 107, cum Licinio Silvano Graniano; cf. decretum Soranum n. 7081. — Bello Dacico legatus legionis cuiusdam interfuit; quare suo iure Borgh. tres hastas puras ei tribuit. Quattuor enim solis legatis provinciarum ducibusque exercituum, duae tribunis et praefectis dari solebant. 2) Ita suppl. Borgh., quia filius trib. fuerat leg. I adiutricis in ea provincia tendentis, legati autem cohortibus filios praeponere solebant. 3) Vexilla duo cum tribus hastis puris Vespasiani certe tempore legatis legionariis dari solita esse, docet Borgh. l. l. Quamquam plerumque idem esse solet hastarum et vexillorum numerus.

5451. Q · ROSCIO · SEX · F ‖ QVIR · COELIO · MVRENAE ‖ SILIO · DECIANO · VIBVLLO ‖ PIO · IVLIO · EVRYCLI · HERCLANO ‖ POMPEIO · FALCONI · COS ‖ XV · VIR · S · F · PRO · COS · PROVINC · ASIAE · LEG · PR · PR ‖ IMP · CAES · TRAIANI · HADRIANI · AVG · PROVINC ‖ BRITTANNIAE · LEG · PR · PR · IMP · CAES · NERVAE ‖ TRAIANI · AVG · GERMANICI · DACICI ‖ *p*ROVINC · MOESIAE · INFERIOR · CVRATORI ‖ *via*E · TRAIANAE · ET · LEG · AVG · PR · PR · PROVINC ‖ *iudaeae* · ET · LEG · X · FRET · LEG · PR · PR · PROV · LYCIAE ‖ *et · pamph*YLIAE · LEG · LEG · V · MACEDONIC ‖ *in bello · dacico · donis* · MILITARIBVS · DONATO · · · · [1]) — Gabiis in Mus. Vat. illatus. Visconti, Mon. Gabini p. 206. V. et correxi ipse.

1) Borghesius (*Burbulejo* p. 24) Falconem ut legatum legionis V Macedonicae ob bellum Dacicum donis militaribus donatum esse docuit; nam Traiani aetate legio illa in Moesia tendebat, unde in Daciam missa est.

§. 16. HADRIANVS. SABINA. ANTINOVS. L. AELIVS CAESAR CET.

N. 805 S . P . Q . R ad secundum titulum pertinet; pro VNVS l. PRIMVS. Fragmentum huius tituli in marmore praegrandi scripti, litteris aeneis inauratis, anno 1812 in foro Traiani repertum est: . . . . ‖ . . . RAIANO H . . . . . . ‖ . . . . . MAX . TR . . . . ‖ QVI . PRIMVS . OMN . . . . ‖ . . . . SOLVS . REMITTEND . . . ‖ . . . . . IES . CENTENA . M . . . .; cf. Fea, *Fasti* p. 112. — In monumentis autem Sabinae et Iuliae Domnae de *conventu matronarum* agitur, qualem in monte Quirinali fuisse scimus; cf. Mommsen, Anal. 14 (*Ber. d. S. Ges.* d. *IV.* 1850, p. 298).

N. 806 spurius; cf. n. 805, et quae Orellius notavit.

N. 808, v. 1 aperte interpolatus. Titulum Nursiae exscriptum sub n. 5452 referam, qui tamen ab hoc diversus esse videtur.

N. 812, v. 2 PARTH . F . DIVI . NERVAE . NEP. omisit Orellius.

N. 813 idem ac n. 5.

N. 816 rep. Gabiis; *Nov. lett. Fior.* 1773, 4.

N. 819, v. 8 corr. RVTILVM.

N. 820 post v. 2 duo versus erasi sunt; v. 4 LVST . XXII; v. 7 A LARCIVS; v. 9 PAL PHILIPPVS; huic tribus adiuncta, quia non libertus, ut ceteri, sed liberti filius fuit. V. ipse muro infixum domus cuiusdam vici *del Banco di S. Spirito*.

N. 821, v. 5 AVG . P . P ‖; Mommsen, I. N. 4142 ex codice Redii apud Gudium Ms. Guelferb. 1081.

N. 822, v. 12 PROVINC .; v. 15 CANDIDATO; v. 18 PLEB . $\overline{III}$. VIRO. Arneth, *Beschr. d. k. k. Münz- und Antiken-Kabinettes*, *Marmorwerke* p. 32.

N. 825, v. 8 pro IN I. IS; *Eff. lett. di Roma* 1774, p. 18.

N. 827 idem ac 814.

N. 828, v. 1 FVLGV . . ., Grut.

N. 829, v. ult. *pius felix* primus Commodus appellatus est. Fortasse *Pontif.* ?

N. 830 extr. dele F; Anon. Einsiedl. ed. Haenel, *Archiv f. Philol.* V, 1, p. 127 (cf. p. 119) et N. Signorili apud de Rossi, *le prime raccolte* cet. p. 70 (G. A. t. 127).

N. 832, v. 1 FAL Mur. l. l. et Mommsen, I. N. 3542; not. 1 recte *Primi Pilo.*

5452. IMP · CAESARI ‖ DIVI · NERVAE · NE‖POTI · DIVI · TRAIANI ‖ PARTHICI · F · TRAIAN ‖ HADRIANO · AVG ‖ PONTIF · MAX · TRIB ‖ POTES · XI · COS · III ‖ D · D — Nursiae. Borghesio exscr. Capellus; cf. n. 808.

5453. IMP ‖ CAESARI ‖ TRAIANO ‖ HADRIANO ‖ AVG · IOVI ‖ OLYMPIO [1]) ‖ CONDITORI ‖ COS [2]) — In vico *Karaboghas* inter parietinas Priapi. Ann. Inst. Arch. 1842, p. 151.

1) Rara admodum in monumentis Latinis deorum nomina cognominum loco imperatoribus indita (cf. n. 618 et inscriptionem sequentem), quamvis saepe id adulationis genus in titulis Graecis obvium sit; cf. C. I. Gr. multis locis. 2) corr. COL, ut est in monumento simillimo inter rudera Parii reperto (l. l.). Nescio, num aliunde constet, coloniam a Romanis Priapum deductam esse.

5454. *imp · caesari* ‖ DIVI TR*aiani* ‖ PARTHI*ci f · divi* ‖ NERVAE *nepoti* ‖ HADR*iano* ‖ AVG · PON*tif · max* ‖ TRIB · POT · · · *cos* ‖ III *p p* ‖ CONSC*ripti* ‖ TREBVL · OB *merita* ‖ IOVI · TRE*bulano* [1]) — Rep. haud longe ab Aufidena (*Castel di Sangro*) Bull. Inst. Arch. 1847, p. 152; Mommsen, I. N. 5151.

1) Quod alterum editor proponit supplementum: *pro salute imp. caesaris* cet. mihi quidem minus placet, licet unicum hoc monumentum Italicum sit, quo imperator aliquis deus appellatur, nec commodo loco nomen istud positum esse fatendum sit. — *Conscriptos* habemus etiam n. 5127.

5455. IMP CAESAR DIVI TRAIANI PARTHICI F DIVI NER-‖VAE *nepos traianus* HADRIANVS · AVG PONTIF ‖ MAXIM TRIBVNIC *potest* $\overline{VIII}$ COS $\overline{III}$ [1]) PROCOS ‖ *e*QVITIB E*t* P*editib qui mili*T*a*VER IN ALIS VI ET ‖ COH XXI QVAE *appellan*T I HISPA$\overline{II}$VR [2]) C R ET $\overline{I}$ QV RV [3]) ‖ · · · · · · P · · · · · · · · · R · · · · · · · · ET PETRIAN [4]) ‖ · · · · · · · · *i* HISP ET $\overline{I}$ FRISIAV ET $\overline{I}$ ‖ · · M · SALIN [5]) ET $\overline{I}$ SVNVC ET $\overline{I}$ VANG^{M} [6]) ET $\overline{I}$ BAETASIOR ‖ ET $\overline{I}$ DELM ET $\overline{I}$ AQVIT ET $\overline{I}$ MENAP ET $\overline{I}$ VLP TRAIANA ‖ *a*VG C R ET $\overline{I}$ IDAV · RD C R [7]) E*t i* · · R ET $\overline{I}$ BATAV ET $\overline{I}$ TVN‖GR ET $\overline{II}$ LING ET $\overline{II}$ ASTVR ET $\overline{II}$ DONGON [8]) ET $\overline{II}$ NERV ‖ ET $\overline{III}$ BRAC AVGVSTANOR ET $\overline{III}$ NE · · M [9]) *et* $\overline{VI}$ NERV ‖ QVAE SVNT IN BRITANN SVB PLATORIO NEPOTE [10]) ‖ (sequuntur formulae, quas v. n. 5430; post eas:) AD XVI K OCT ‖ C IVLIO GALLO C VALERIO SEVERO COS ‖ COH $\overline{I}$ SVNVCOR CVI PRAEST ‖ AVLVNTVS CLAVDIANVS ‖ EX PEDITE ‖ ENTIPONT ALBANI F S*u*NVCO ‖ *de*SCRIPTVM cet. (ut. n. 5442) — Rep. in vico *Stannington* dioecesis Eboracensis Britanniae 1761,

nunc *Sheffieldii.* Gough, *Additions to Camden's Britannia* III, p. 28 cet.; Bull. Inst. Arch. 1848, p. 27 sqq.; *Rhein. Jahrbb.* 1848, XII.

1) a. 877 = 124; cf. 5459. 2) l. HISP AsTVR; cf. Bull. Inst. 1851, p. 73, ubi quae contra hoc supplementum attuli, titulo quodam Britannico refelluntur, quo ALA PRIMA HISPANORVM ASTVRVM omnibus litteris exhibetur. 3) CV*ge*RN ? vel QV*erque*RN ? 4) Nomen a Petra quodam praefecto vel legato deducendum, minime a civitate Petraeorum. 4) Quum ante M duae litterae desiderentur, *Mes*SALIN, vel *Mes*SALI*a*N legi non posse patet. 6) VANG*ionum Miliaria.* 7) I *f*IDA V*a*R-*Dulorum Civium Romanorum*, de qua cf. quae ll. ll. attuli. 8) Ex hac inscriptione corr. *Lungonum* nomen a Ptolemaeo II, 6 in Hispania commemoratum. 9) NE*rv(iorum) Miliaria.* 10) cf. n. 822, et Britannicas nonnullas inscriptiones, de quibus v. ll. ll.

5456. T · PONTIVS · T · F · PAL · SABINVS ‖ PRAEF COH · I · PANN · ET · DALMAT ‖ EQ · C · R · TRIB · MIL · LEG · VI · FERRAT ‖ DONIS · DONATVS · EXPEDITIONE PAR‖THICA · A DIVO TRAIANO · HASTA PVRA ‖ VEXILLO CORONA MVRALI 7 · LEG · XXII ‖ PRIMIG 7 · LEG · XIII GEMIN · PRIMVS PI‖LVS LEG III AVG PRAEPOSITVS VEXILLA‖TIONIBVS MILLIARIIS · TRIBVS EXPEDI‖TIONE BRITTANNICA · [1]) LEG VII GEMIN ‖ VIII · AVG XXII · PRIMIG · TRIB · COH · III ‖ VIG · COH · XIIII · VRB · COH · II · PRAET ‖ P P II [2]) PROC PROVINC · NARBONENS ‖ IIII VIR · I · D · QVINQ FLAMEN · PATRON ‖ MVNICIPI — Cippus marmoreus, in cuius parte antica legitur: T · PONTIO · T · F · PAL · ‖ SABINO ‖ P P II PROC PROVINC ‖ NARB IIII VIR · I · D · QVINQ ‖ FLAMIN · ET · PATRON ‖ MVNICIPI ‖ VALERIA · L · F · PROCVLA ‖ VXOR ‖ L D D D — Ferentini. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 135 sqq.

1) sc. Hadriani Augusti; id quod ipsa munerum consecutione, quamvis confusa, satis constat. De bello autem Britannico Hadriani cf. praeter titulum n. 804 et Spart. Hadr. 5 Fronton. ed. Rom. p. 200. 2) *Primus Pilus iterum*, i. e. cum dignitate primipilari, quae equestrem aequabat, dimissus; cf. Bull. Inst. 1845, p. 135, et l. l.

5457. *s p q* R ‖ *imp caes divi traiani* PARTHICI F ‖ *divi nervae n traiano ha*DRIANO AVG ‖ *pont max imp · ii trib pot xv*III COS III P P ‖ *quod exorto belli a*RDORE MISSO ‖ *exercitu exantlatis lab*ORIBVS MAX*imis* ‖ *rem publicam ab ho*STE LIBERAVERIT [1]) — Romae in tabulario, nescio ubi repertus; litteris magnis aere incrustatis. Ipse exscr. ac supplementa addidi, quae sententiam monumenti indicarent, ipsa eius verba minime repraesentarent.

1) Ad monumentum publicum a senatu et populo Romano Hadriano Aug. dedicatum misera haec fragmenta pertinere prioribus eorum versibus satis declaratur. Nec qui ultimum versum legerit, ob bellum titulum positum esse infitias ibit. Iam vero nomine *patris patriae* Hadrianus trib. pot. XII primum honoratus est, ita ut numero . . . III potestates tantum XIII, XIIII vel XVIII, XVIIII significari possint, bella vero Sarmaticum et Britannicum prioribus imperii annis gesta commemorata esse nequeant. Accedit, quod circa trib. pot. XIII et XIV Hadrianus, tranquillis imperii rebus, per Arabiam, Syriam, Aegyptum itinera faciens Romae non aderat. Restant XVIII et XVIIII, ad annum spectantes 135, quo non solum bellum cruentum contra Iudaeos ad finem perductum est, sed ipse imperator Romam rediit (cf. Eckhel VI, p. 482, Tillemont II, p. 251), ubi a. d. IV Nonas Maias morabatur (Grut. 315, 9). Quae quum ita sint, mihi quidem satis probabile est, ob ipsam victoriam Iudaicam monumentum factum esse. Cf. tamen, quae de tribunicia potestate Hadriani ad n. 5459 adnotavi. — Quae v. 5 leguntur . . RDORE MISSO, minus accurate reputanti ad remissionem quandam vectigalium debitorum spectare potuerint; neque tamen ulla

mihi certe vox Latina nota est, quae ibi admitti possit, nisi quam ipse proposui. V. ult. pro *rem publicam ab hoste*, si minus placet, pone: *r. p. a perniciosissimo hoste.*

5458. · · · · · · · · · [1]) ‖ LEG · *aug* · PR · PR ‖ PROVINC · SYRIAE ‖ LEG · AVG · PR · PR ‖ PROV · BRITANNIAE ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINC · GERMANIAE ‖ INFERIORIS · PRAEF ‖ AERARI · SATVRNI ‖ LEG · LEG · XXX · VLPIAE ‖ PRAETOR · TRIBVNO ‖ PLEBIS · QVAESTORI ‖ AVG · TRIB · LATI‖CLAV*i*O LEG · X · FRETEN‖SIS · TRIVMVIRO ‖ A · A · A · F · F ‖ AEQVENSES ‖ MVNICIPES — *Coltuch* prope *Sing* Dalmatiae. *Marmi macaresi*, ed. 2, p. 48, 1; *Archaeologia* III, p. 344.

1) Borghesi, *Burbuleio* p. 57, Iulio Severo, summo Hadriani adversus Iudaeos duci titulum tribuit.

5459. IMP · CAES · DIVI · TRAIANI · PARTHICI · F ‖ DIVI · NERVAE · NEPOTI ‖ TRAIANO · *hadriano* · AVG ‖ PONT · MAX · TRIB · POT · XXII · [1]) IMP · II · COS · III · P · P ‖ ET · DIVAE · SABINAE ‖ IMP · CAE*s* · T · AELIVS · HADRIANVS ‖ ANTONINVS · AVG · PIVS · PONT · MAX ‖ TRIB · POT · II · *cos* · *ii* · DESI*g*N · III · P · P ‖ PARENTIBVS · SVIS — In mole Hadriana Maz. 12; Apian. 198; Grut. 252, 7; accuratissime descr. in cod. Rigazziano Ariminensi, ex quo Mommsen, Anal. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 305), et in codice Nicolai Signorilii, ex quo de Rossi, *prime raccolte* cet. p. 66, titulum ita dedit, ut litteris minusculis adiungeret, quae varie apud Bernardum Oricellarium (de urbe Roma) leguntur: v. 1. CAES*ari;* F*ilio;* v. 2. *hadriano;* v. 3. AVG*usto*; v. 5. CAES*ar;* v. 6. PONT*ifex*; v. 7. TRIB*un* · POT*es*. Quae vereor ne supplementa sint editoris Becuccii, qui in *Rer. ital. script. ab anno* 1000 *ad* 1600, 1770, II, p. 757 sqq. commentarium illum edidit.

5520. IMP · CAES · DIVI · ANTONINI · MAGNI ‖ PII · FIL · DIVI · SEVERI · PII · NEPOS ‖ M · AVRELLIVS · SEVERVS · ALEXANDER · PIVS · FELIX ‖ AVG · PONTIF · MAX · TRIB · POT · VIIII · COS · III · P · P ‖ EQVITIBVS QVI INTER SINGVLARES MILITAVER ‖ CASTRIS · NOVIS · SEVERIANIS · QVIBVS PRAEEST ‖ AELIVS VICTOR · TRIBVNVS · QVINIS · ET · VICENIS ‖ PLVRIBVSVE STIPENDIS EMERITIS DIMISSIS ‖ HONESTA MISSIONE QVORVM NOMINA SVBS‖CRIPTA SVNT · CIVITATEM ROMANAM QVI EO‖RVM NON HABERENT · DEDIT ET · CONVBIVM ‖ CVM VXORIBVS QVAS TVNC SECVM HABVIS‖SENT CVM ES (sic) CIVITAS IIS DATA AVT CVM IIS QVAS ‖ POSTEA DVXISSENT · DVMTAXAT SINGVLI S · [1]) A · D · VII · ID · IAN ‖ L · VIRIO AGRICOLA · ET · SEX · CATIO · CLEMENTINO · COS[2]) ‖ EX · EQVITE DOMINI $\overline{\text{N}}$ · AVG ‖ M · AVRELIO · DECIANI ·

FIL · DECIANO || COLONIA · MALVESE IN DACIA || DESCRIPT · ET RECOGNIT · EX TABVLA AEREA QVE (sic) FIXA EST ROMAE IN MVRO POS (sic) TEMPL · DIVI AVG AD MINERVAM — Neapoli, in Mus. Borb. Avellino, Opusc. III, p. 178.

1) SINGVLI *Singulas*. 2) a. 230.

§. 27. MAXIMINVS I. ET MAXIMVS.

N. 963, v. 3 corr. P . F, *pius felix*.

N. 965, v. 2 INV . *(invictus)* P . F; GERMANIC; v. 3 DACIC; SARMATIC; POTESTATIS; IVLIVS; MAX; v. 4 CAESA .; GERMANIC; DACIC; SARMATIC; v. 5 PRINCEPS; F . D . N . IMP . C . IVLI; v. 6 PONTES; TEMPORE . VETVSTATIS (?); v. 7 LAPSOS . RESTITVERVNT; v. 8 Q . DECIO . LEG . AVGG . PR . PR . A . BRAC . AVG . M . P . I — Borghesi, *Dipl. di Trajano Decio* (Acta Acad. Pontif. Romanae) p. 22 ex Ms. quodam saeculi XVI, in quo varie versus quoque distribuuntur. Idem pro trib. pot. V scribendum esse docet IV, in marmore corroso ac mutilo male lectum. Legatus Lusitaniae Decius est, qui postea imperavit.

5521. NVMINI*b* AVG || SEVERI ET || ANTONINI || · · · · · · · · · · · ET || DEAE DIANAE || C IVLIVS MAXIMINVS || LEGATVS AVG || PR PR[1]) — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 162.

1) Maximinum, antequam imperator factus esset, exercitus et provincias rexisse Herodianus VI, 8 tradidit; quare ad Maximinum Augustum inscriptionem pertinere l. l. proposui. At male tum Getae nomen deletum esse credidi. Maximinus enim ab Alexandro demum, quum antea tribunus militum fuisset, maioribus honoribus ornatus est (Capitol. Max. 5); itaque, si re vera titulus ad eum spectat, Alexandri nomen abrasum esse puto, ita ut, omissis ceteris, memoriam eorum imperatorum ab eo cultam esse dicam, a quibus ipse beneficia acceperat. Quod si verum est, v. 1 AVGGG scribendum erit.

5522. · · · · · · · · · || · · · · · · · · · · · || FELICI AVG ·[1]) PONTIFICI || MAXIMO GERMANICO || MAXIMO TRIBVNICIAE PO||TESTATIS BIS[2]) CONSVLI PAT||RI PATRIAE CONSVLI[3]) PROCON||SVLI M · AVRELIVS DECIMVS || V I P P N[4]) EX PRINCIPE PEREGRI||NO[5]) DEVOT *n m q e* — Cirtae. *Excursions dans l'Afrique septentr*. n. 72.

1) l. *imp. caes. c. iulio* || *vero maximino pio* cet. (abrasa). [Non Maximini est, sed Maximiani, anni 286. Vide *Berichte der sächs. Ges.* 1852, p. 222. Mommsen.] 2) a. 236, quo anno Germanos saepe vicit nomenque Germanici accepit; cf. Eckhel VII, p. 291. 3) Errore quadratarii repetitum. 4) l. *V*ir *P*erfectissimus *P*raeses *P*rovinciae *N*umidiae. 5) cf. Bull. Inst. 1851, p. 113 sqq.

5523. IMP · CAESAR || C · IVLIVS VERVS || MAXIMINVS || PIVS · FELIX · AVG · P · M || SARMATICVS · MAXIMVS || DACICVS MAXIMVS || P · · · · · · — Espesae in Hispania. Borghesi ex cod. Orti.

5524. IMP · CAES || G IVLIVS VERVS M||AXIMIANVS (sic) PIVS · FEL || AVG · GERM · MAX · || SARM · MAX · DACI||CVS · MAX · PONTIF · || MAX · T · P · III · IMP · V ·[1]) ET || G IVLIVS · VERVS · MAXI||MVS · NOBIL · CAES · PR · || IVVENTVTIS · GERMAN || SARM · MAX · DAC · MAX || VIAM · A · KARTHAG*ine* · · || · · · · · · · · · — *Sidi Bou Atilah*, prope *El Kaf* provinciae Tunetanae. Temple, *Excursions in the Mediterranean* II, p. 352, n. 179; cf. n. 5312.

1) a. 237.

5525. *c · iulio · vero ·* MAXIMO ‖ *n*OBILISSIMO · CAES · GERMANIC ‖ *m*AX · DACICO · MAX · SARMATIC ‖ *m*AX · PRINCIPI · IVVENTVTIS ‖ *filio · d · n · c · iuli · veri* ‖ *maximini · p · f · aug* ‖ · · · · · · · — Romae in coemeterio *inter duas lauros* viae Labicanae. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 19.

5526. IMP · CAES · G · IVLIO ‖ VERO · MAXSIMINO ‖ PIO · FELICI · AVG · ET · G ‖ IVLIO · VERO · MAXSIMINO[1] ‖ CAES · NOBILISSIMO ‖ · · · M L · · · — *Kleestadt* Hassiae Darmstadiensis. Steiner, I. Rh. 269; I. Dan. et Rh. I, 181.

1) Ita se ipsum in monumento legisse recentiore libro denuo Steinerus affirmat. Hoc igitur titulo Capitolini et Aurelii Victoris auctoritas defenditur, a quibus filius quoque pro Maximo Maximinus appellatur; cf. Borghesi, I. R. p. 4 (Ann. Inst. 1839, p. 129).

§. 28. PVPIENVS. GORDIANVS III. FVRIA SABINA TRANQVILLINA.

N. 971 idem titulus esse videtur, quem Donat. 336, 5 refert, male tamen restitutus et omisso versu integro descriptus: corr. v. 1 ANTONIO; v. 2 P . F; v. 3 PONT . MAX . TRIB . POT . *iiii* . COS . II.

N. 972 corr. v. 6 GORDIANA.

N. 975, v. ult. intellige COH*ortis* I . L*ingonum* GOR*dianae*; cf. Gough, *additions to Camden's Britannia* III, tab. 20, 9.

N. 977 a Mommsenio (I. N. 6787) merito defenditur, qui in textu restituendo Mazocchium et Massonium secutus est; hic vidit Aquilae. Lege SABINIAE; AVGVSTAE; dele IMP . CAES; in fine pro *eius* EORVM. Diversa quoque versuum divisio.

N. 978 l. BAETVLONENSIS; MAIESTATI; Finestres, Inscr. Catal. II, 24.

N. 979, not. 2 expl. *Municipii Fori Illiberitani.*

*5527. *d · coe*L · BALB · II M ‖ CLo PVP · MAX · ‖ II · Co SoLICA[1] — In fragmento vasis rep. Solicinii (Col. Sumlocenn. *Rottenburg*). *Rhein. Jahrbb.* VIII, p. 173; minus bene Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 130.

1) Inscriptionem, quam spuriam et ex falsa notitia fastorum Almeloveenianorum confictam esse Mommsenius nuper demonstravit (*Epigr. Anall.* 18 ex *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852, p. 192), hic proposui, ne quem in errorem induceret.

5528. IMP · CAEs ‖ M · ANTONIo GORDI‖ANO · PIO ‖ FEL · AVG ‖ PONT · MAx ‖ TRIB · P · II · ‖ COS · PROC[1] ‖ DECVRIONES ‖ ET · AVGVST · ‖ EX AERE CoL‖LATO — Rubis. Mommsen, I. N. 624.

1) a. 239. — Aliam eius inscriptionem v. n. 5186.

5529. IMP CAES M ANTO‖NIO GoRDIANO INVI ‖ PIO FELICI AVG PON‖TIFICI MAXIMO TRIB POT ‖ III[1] IMP III P P CoS PROCOS ‖ DIVI GORDIANI NE‖POTI ET DIVI GOR‖DIANI SORORIS[2] FILIO ‖ RES PVB VERECVNDENS[3] ‖ DEVOTA NVMINI ‖ MAIESTATI EIVS — *Marcouna* (*Mercanda*) prope Lambaesin. *Mém. des Antiquaires de France*, vol. XXI, p. 120.

1) a. 993 = 240. 2) Hac inscriptione refellitur sententia eorum, qui Gordianum III filium dicebant Gordiani II, a quo fortasse adoptatus erat; cf. Cap. Gord. III, 22. 3) Cf. nn. 5341, 5342.

Sabiniae Tranquillinae titulum vide n. 5321. Eckhelius, quum de vero eius nomine disputaret, et ex nummis proprie eam *Sabiniam* appel-

latam esse affirmaret, quamquam in nummis quibusdam Graecis nomen *Sabinae* legi confessus est, eodem tempore de patre eius egit, cui hunc titulum tribuit, nomen ei pro Misitheo *Timesithei* fuisse proponens (VII, p. 219):

5530. C · FVRIO SABINIO AQVILAE ‖ TEMESITHEO PROC · PROV · LVGVD · ET ‖ AQVIT · PROC · PROV · ASIAE IBI VICE XX ‖ ET XXXX ITEMQ · VICE PROCOS · PROC ‖ PROV · BITHYNIAE PONTI PAPHLAGON ‖ TAM PATRIMONI QVAM RAT · PRIVATAR ‖ IBI VICE PROC · XXXX · ITEM VICE PROC ‖ PATRIMON · PROV · BELGIC · ET · DVARVM ‖ GERMANIAR · IBI · VICE PRAESID · PROV ‖ GERMAN · INFERIOR · PROC · PROV · SY-‖RIAE PALAESTINAE IBI EXACTORI RELI‖QVORVM ANNON · SACRAE · EXPEDITIO‖NIS PROC · IN VRBE MAGISTRO XX ‖ IBI LOGISTAE THYMELAE [1]) PROC · PROV ‖ ARABIAE IBI VICE PRAESID · BIS PROC ‖ RATION · PRIVAT · PER BELGIC · ET DVAS ‖ GERM · PRAEF · COH · F · [2]) GALLIC · IN HISPAN ‖ C · ATILIVS MARVLLVS ARVERN ‖ ET G · SACCONIVS ADNATVS ME‖DIOMATR · PATRONO · OPTIMO — Luguduni Allobr. Spon, Miscell. p. 148.

1) cf. *procuratorem summi choragi*, Or. 12. 3209. 2) corr. COH . I, vel FL*aviae*?

Hanc eius sententiam confirmavit Borghesius *dilucidazione d'una lapide Gruteriana* cet. p. 24 (ex Actis Acad. Taurin. XXXVIII) prolato fragmento olim pavimento Basilicae Lateranensis inserto, quod in Cod. Vat. 5249, p. 207 invenerat:

5531. · · · · VS · TIMISITHEVS ‖ · · · · PRAEF · PRAETORIO [1]) ‖ · · · · ATICVM · [2]) MAIOR · · · ‖ · · · MO FORTISSIMOQVE ‖ · · · · · · · · ·

1) l. *c . furi*VS . TIMISITHEVS ‖ *v(ir) em(inentissimus)* PRAEF . PRAETORIO. 2) l. PORTICVM; cf. Capitol. Gord. 32.

§. 29. PHILIPPI DVO. MARCIA OTACILIA SEVERA.

N. 981 neque a Sestinio, neque a Schœnwisnero (It. II, p. 175) accurate exscriptus. Philippo enim patri nec *pii felicis*, neque *Augusti* nomina deesse possunt; consul autem altero demum imperii anno processit. Otacilia Severa denique *mater Augusti* appellatur, quamquam Philippus minor Caesar tantum est.

N. 985, suspectus; a Grutero ex Boissardo exscriptus, ut nn. 877. 886. Anaglyphum quoque, cui dedicationem adiunctam fuisse Boissardus finxit, nemo artis antiquae vel paullulum peritus pro genuino habebit; cf. eius vol. I, tab. 133.

N. 988, 3, v. 4 SIGNIFER‖ORVM; Lersch C. M. III, 99, al.

5532. IMP · CAES ‖ M · IVL · PHILIP*po* ‖ P · F · AVG · PONTI-F*ici* ‖ MAXIMO · TRIB ‖ POTESTATIS · · COS ‖ II · P · P · PROCOS · ET ‖ MARCIAE · OTACILIAE ‖ SEVERE · SANCTISSIME ‖ AVG · CONIVG · AVG · N ‖ AB AQ · [1]) MP · VIII — In promontorio *Csepeliensi*, nunc in Mus. Nat. Hungarico. Acta litt. Mus. Nat. Hung., Budae 1818, 4, p. 257, n. 41.

1) AQ*uinco*.

5533. Ad Philippum patrem pertinent nn. 5192; 5193; 5195; ad ambos Philippos hic titulus: · · · · · · · · ‖ · · · · · · · ‖ FEL · AVG · P ·

PATRIAE ‖ PRO · COS · ET · M · IVLIVS ‖ PHILIPPVS · NOBILISSI‖MVS · CAESAR · PRINCEPS ‖ IVVENTVTIS · FILIVS · D‖OMINI · NOSTRI · PHILIP ‖ AVG · VIAM · QVAE DV‖CIT · A · NORA · BITIAE ‖ VETVSTATE · CORRV‖PTAM · RESTITVERVNT ‖ · · · · · · · · · — Della Marmora, *voyage* II, p. 476, n. 25.

§. 30. DECIVS, EIVSQVE VXOR ET FILII.

N. 992, v. 6 ET; ETRVSCVS.

N. 995 scr. IMP . CAES . C . MESSI . Q . TRAIANI . DECI , et in fine MAIESTATIQ. V. Kellermann, Orell. Anal. epigr. p. 36. Versus quoque aliter divisi.

5534. IMP · CAES · C · MESSIVS · QVINTVS · TR*aianus* · *de*‖CIVS · PIVS · FEL · AVG · PONTIF · MAX · TR · POT · COS · *p* · *p* · *procos* ‖ IIS · QVI · MILITAVERVNT · IN · CLASSE · PRAE*toria* ‖ DECIANA · P · V · RAVENNATE · QVE · EST · SVB · I · · · ‖CIANO · PRAEF · OCTONIS · ET · VICENIS · STIP*endis* ‖ EMERITIS · DIMISSIS · HONESTA · MISSIONE · *quorum* ‖ NOMINA · SVBSCRIPTA · SVNT · IPSIS · FILIS · QVE · E*orum* ‖ QVOS · SVSCEPERINT · EX · MVLIERIBVS · QVAS · SE*cum* ‖ CONCESSA · CONSVETVDINE · VIXISSENT · [1]) PROBAVE‖RINT · CIVITATEM · ROMANAM · DEDIT · ET · CONVBIVM ‖ CVM · IISDEM · QVAS TVNC · HABVISSENT · CVM · ESST (sic) ‖ CIVITAS · IIS · DATA · AVT · SI · QVI · TVNC · NON · HABV‖ISSENT · CVM · IIS · QVAS · POSTEA · VXORES ‖ DVXISSENT · DVMTAXAT · SINGVLIS · [1a]) SINGVLAS ‖ A · D · V · KAL · IAN ‖ *l* · *ful*VIO · AEMILIANO · II · ET · L · NAEVIO · AQVILINO · COS [2]) ‖ EX · LIBRAR · SESQ · [3]) ‖ *l* *a*MERINO · L · FIL · SEMPRO‖*nia*NO · DOM · ATESTE ‖ *et* · *l* · *ameri*NO · SEMPRONIA*no* ‖ *fil*IO · EIVS ‖ *descript*. cet. (cf. n. 5520.) — In parte externa tab. aereae, rep. in vico *S. Martino di Bordonchio* inter Ravennam et Ariminum. Borghesi, *Dipl. di Traiano Decio* (ex Actis Acad. Pontif. Archaeol. 1840). In parte interna haec leguntur:

5535. IMP CAES C · MESSIVS *q* · *tr* · *decius* ‖ PIVS · FEL · AVG PONT M TR*ibunic* ‖ POT · II COSS DES III P P *procos* [4]) ‖ IIS QVI MILITAVER*unt* ‖ IN CLASSE P V D [5]) RAVE*n*‖NATE Q EST S CL N · · · · · ‖ CIA S PR [6]) OCTO ET · · · · · ‖ · · · · · STIP EMERI · · · · · ·

1) l. VIXISSE. 1a) l. SINGVLI. 2) a. 249. 3) EX . LIBRAR*io* . SESQ*uiplicario*. 4) a. 250. Quamquam in parte interna tabularum honestae missionis eadem incidenda fuisse constat, quae in externa, parte tamen interna huius tabulae aliud documentum exhibetur ad eandem quidem classem, sed ad annum insequentem aliosque ad homines pertinens, errore, ut Borghesio videtur, eius qui eam incidit; l. l. p. 87; cf. p. 71 sqq. 5) *Pia Vindice Deciana.*

5536. IMP · CAES · CA ‖ MESSIO · Q · TR · ‖ DECI*o* P · F · INV ‖ AVG · P · M · TR · P · II*i* ‖ P · P · ET · MESS · DECI*o* ‖ AVG · ET · QVINTO ‖ NOBILISSI · CAES ‖ *fil*IIS · [1]) AVG · CAES · D · N ‖ M · P · CXII — *Wilten*, prope *Inn·pruck*. Borghesi, op. cit. p. 89.

1) Hoc monumento quaestio vetusta dirimitur, utrum filius, an gener Traiani Hostilianus fuerit.

5537. · · · · · · VICINIAE ‖ · · · · VLLINI · ET ‖ · · · NIVX · DONAVIT ‖ · · · REFICIENDAM ‖ · · · · IN · AGRO ‖ · · · *d*ECIO · AVG ‖ *iii* · *de*CIO · CAES · COS ‖ · · · IVN [1]) — *Neustadt an der Hardt*, nunc Spirae. Steiner, I. Rh. 185; I. Dan. et Rh. I, 777.

1) Etruscum Decium, qui hoc quidem anno Augustus dictus est, ineunte mense Iunio eo honore nondum ornatum fuisse hoc titulo patet; cf. Borghesi, *Iscr. renane dello Steiner*, p. 4 (Ann. Inst. Arch. 1839, p. 129). Cos. a. 251.

5538.

q · HERENNIO · AETRVSCO · MES
*si*O DECIO · NOBILISSIMO · CAES
*p*RINCIPI · IVVENTV
tis · TRIB · POT · [1]) COSS · DE
*si*GNATO · FILIO
*im*P · CAES · C · MESSI · Q · TRA
*ia*NI · DECI · INVICTI · PII ❦
fel · AVG

C VALENTI · HOSTIL*iano messio*
Q NOBILISSIMO · *caes* · *filio*
IMP · CAES · MESSI · *q* · *traiani*
DECII · INVICTI · *pii* · *felicis*
AVG · PONT · MAX · *trib* · *pot*
II · COSS · II · DE*sign* · *iii* [2])
P · P · PRO · *cos*

Faleriis. Borghesi, op. cit. p. 26.

1) De tribunicia potestate Herennii Caesaris cf. Bull. Inst. 1852, p. 16, et n. 5540. 2) a. 250. — Hostilianum eodem anno cum fratre, sed mensibus nonnullis post eum tribunicia potestate honoratum esse, affirmat Borghesius, Bull. Inst. Arch. 1852, p. 134. Ibidem Hostilianum Augustum quidem cum Treboniano Gallo dictum, sed ante finem anni pestilentia abreptum esse verbis comprobat Aurelii Victoris *de Caess.*, quae cum monumentis optime conspirare demonstrat; Volusianum deinde, antea Caesarem, Augustum in eius locum dictum esse et consulatum suscepisse illi destinatum.

5539. C · VALENTI · HOSTILIAN*o* ‖ MESSIO · QVINTO ‖ NOBILISSIMO CAESAR*i* ‖ TRIB · POTEST · II PRINCIPI IVVEN*t* ‖ FILIO ‖ · · · · · · · · · · · — Romae. Mur. 257, 7 ex Donio III, n. 51, cuius exemplum diligenter et accurate confectum esse ex cod. Vat. Aleandri iunioris (n. 7113, f. 31) confirmavit nuper eq. de Rossi (Bull. Inst. 1852, p. 17.), qui ad restituendum titulum sequentem eo usus est:

5540. *q* · *herennio* · *etrusco* · *messio* · *decio* · *nob* · *caes* ‖ *principi* · *iuventu*TIS · TRIB · POT · *cos* · *des* · *et* [1]) ‖ *c* · *valenti* · *hostili*ANO · MESSIO · *quinto* · *nob* ‖ *caes* · *principi* · *iu*VENTVTIS · *trib* · *pot* · *filiis* [2]) ‖ *imp* · *caes* · *c* · *mess*II · QVINTI · *traiani* · *decii* ‖ *pii* · *felici*S AVGVS*ti* · *pon*‖*tificis* · MAX · TR*ib* · *pot* · *ii* [3]) ‖ *cos* · *ii* · *des*IGNAT · *iii* · [4]) *pa*‖*tris* · *pa*TRIAE · *pro* · *cos* ‖ · · · · · · S VIATO*res* · *qui* ‖ *caesarib* · ET · COS · *et* · *pr* ‖ *apparent* · *et* · *h* · *u* — Romae, rep. in coemeterio *inter duas lauros* viae Labicanae. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 15; rest. de Rossi.

1) vel: *ii . cos . et.* 2) vel: *trib . pot . ii* (?). 3) vel: *iii.* 4) vel: *cos . iii . des*IGNAT . *iiii.*

De Herennia Etruscilla cf. n. 5221.

§. 31. TREBONIANVS. VOLVSIANVS. AEMILIANVS.

N. 997, cf. quae de hac inscriptione deque origine imperatoris Treboniani et patria eius Perusia exposuit Borghesius, *lapide Gruteriana* cet. p. 30 (Actt. Acad. Taur. vol. XXXVIII), et *iscrizione perugina della porta Marzia* p. 17 (*Archivio storico* vol. XVI).

N. 1001 versus priores posterioribus genuinis agglutinati sunt.

5541. IMP CAESAR ‖ C VIBIVS TREBO‖NIANVS GALLVS ‖ INVICTVS PIVS FELIX ‖ AVG · PONTIF MAXIMVS ‖ TRIB POT P P COS II PROCOS VI [1]) ‖ IMP CAESAR C VIBIVS ‖ AFINIVS VOLDVMNIANVS (sic) ‖ VOLVSSIANVS FELIX AVG ‖ viAM IMBRIBVS · · · · · · — Miliarium rep. in loco *Oued-Hammam* inter *El Arrouch* et *Philippeville*. Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXIV, 34; corr. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 47, 1.

1) corr. ET.

5542. M · P · LXXVIIII · ‖ IMP · CAES · M · AEMILIO · AEMIL‖IANO · PIO · FELIC · INVICTO · AVG ‖ PONT · MAX · TRIB · POT · P · P · PROCOS ‖ VIAM · QVAE · DVCIT · A · KAR · TVRR [1]) ‖ CVRANTE · M · CALPVRNIO · CAELIANO ‖ PRAE · · · · · SVO [2]) — Mil. rep. *Fordungiani* Sardiniae, nunc in Mus. Caralitano. Della Marmora, *voyage* II, p. 468, 7.

1) A . KAR*alibus* TVRR*es*. 2) PRAE*s(ide) prov. Sard. proc.* SVO; cf. op. cit. p. 468, 8, 9 et 469, 10; 471, 14.

§. 32. VALERIANVS. GALLIENVS. SALONINA. SALONINVS. VALERIANVS IVNIOR.

N. 1004, not. 1. Nihil deesse constat collatis titulis Mur. 253, 6, Or. 533, nostro n. 5131.

N. 1008 corr. IMP . *caes. p. lic.* ‖ EGNATI . *gallieni* ‖ PII . FEL . AVG . P*ont* ‖ MAX . TR . P . *iii* ‖ P . P . COS . II . P . . .; Furlanettus enim omnes versus in fine mutilos exhibet; *lap. pat.* LXVI, p. 58; cf. Borghesi, l. l. p. 520.

N. 1009, a) v. 5: pro S . S . vidi Z7; v. 8 AEIVS; b) v. 5 CAESARE; vidi in Museo Capitolino.

N. 1013 inter spurios retulit Mommsen, I. N. 647 *.

N. 1014, v. 1 VERON . N .; v. 2 CO*s*; VERONENS .; v. 3 DEC .; v. 4 AVR . MARCELL.

5543. IMP ' CAES ' P LICINIO ‖ GALLIENO PIO FELICI ‖ AVG ' ‖ COL ' IVLIA CASTRO‖NOVO DEVOTA ‖ NVMINI MAIESTATIQ ' EIVS ‖ D D — Castronovi. *Antologia Rom.* 1776/7, III, p. 411. Vidi ipse in Mus. Vat. — Cf. n. 1009.

5544. M · P · CLXVI ‖ DD · NN ‖ IMP · CAESARE · P · *licinio* · *val*ERIANO ‖ INBICTO · AVG · P · PATR · P*ont* · MAX ‖ GERMANICO · MAXIMO · TRIBVN*ic* ‖ POTESTATIS · COS · III · P · PATRIAE [1]) ‖ IMP · CAESARE · LICINIO · G*allie*NO · PIO · FELICI · INBICTO · AVG · *pont* · *max* ‖ GERMANICO · MAXIMO · *tribun* · *potest* ‖ COS · III · PAT · PATRIAE · PROCOS · IIII · [2]) ‖ P · *licinio* · *salonino* · VALERIANO ‖ CAE*s* · [3]) *principe* · *iuventutis* ‖ B*iam* · *quae* · *karalibus* · *ducit* ‖ O*lviae* · *vetust*ATE · CORR*uptam* ‖ *restituit* · *curante* · · · · · · · · · · · *i*ANVARIO ‖ PROC · SVO — Miliar. inter *Oschiri* et *Terranova* Sardiniae. Della Marmora, *voyage* II, p. 474, n. 22.

1) corr. COS . IIII . PROCOS. Puto etiam pro CAESARE ubique dativum ponendum esse. 2) Pro IIII corr. ET. 3) In fine versus praecedentis NOB excidit. — Annus est 257.

5545. *imp* CAES · P · LICINIO ‖ *gal*LIENO PIO FEL ‖ *augus*TO GERM ‖ *max* PONT · MAX ‖ *dacic* · MAX · TRIB ‖ *pot* · *x*IIII · COS ‖ *vi* DESIGN VII ‖ *tean*ENSES · D · D [1]) — Teani. V. Mommsen, I. N. 3991.

1) a. 265. — *Dacici maximi* nomen, licet loco parum apto collocatum, supplevi ex Grut. 275, 3. 4.

5546. P · L*ic*I‖*nio* · *corn*E‖LIO · SALONI‖NO · NOBILI‖SSIMO · CAE‖SARI ∾ CIN‖GVLANI ‖ PVBLICE ‖ D · D · P · ∾, et: D*i*VO ‖ V*ale*‖*riano* [1]) ‖ CAES ‖ CING‖VLANI ‖ D · D · P · ∾ — Cinguli. Bull. Inst. Arch. 1846, p. 167.

1) De hoc cf. titulum Sitifensem n. 5335. Est enim P. Cornelius Licinius Valerianus, nepos Valeriani Aug., filius Gallieni Aug., frater Salonini nob. Caesaris et postea Augusti. Hic est filius ille Gallieni, quem a. 259 Postumus Coloniae Agrippinae interfecit; cf. Eckhel VII, p. 421, qui pro Salonino filium occisum habuit, et contra disputantem Cavedonium, in *Albo*, ephemeridibus quibusdam Romanis, a. XIX, n. 17, p. 134, ubi Letronnium (*Journal des Savants* 1847, p. 730) secutus quaestionem valde difficilem optime expediit. Praeter nomina autem ante commemorata nomen Salonini huic quoque fuisse nummis confirmat, omnes nummos *Divo Salonino* inscriptos ei tribuendos esse docens, ad eumque titulum spectare Grut. 275, 5. Ab eo autem distinguendus est Valerianus quidam frater Gallieni cos. II cum Lucilio (Or. 1014), ut recte Norisius quoque intellexit (Epistola consularis II, cuius fragmentum Ortius nuper edidit [Ann. Inst. Arch. 1851, p. 70 sq.], ipsam epistolam mox prolaturus), qui in eo tamen a vero aberravit, quod, quamquam Saloninum et Valerianum filios Gallieni agnovit, illum a Postumo interfectum esse proposuit. — Ad Saloninum spectat titulus Asisii repertus, quem cum Borghesio Bettius, ille mecum communicavit: P. CORNEL ‖ SALONINO ‖ VALERIANO ‖ NOBIL . CAES ‖ PRINCIPI . IVVEN-‖TVTIS . FILIO ‖ IMP . GALLIENI ‖ AVG . SOD. Contra frater Gallieni Valerianus ille est, qui in hoc titulo Faleriensi commemoratur:

5547. *p* · LICINIO · V*ale*‖RIANO · IVN · N · *v* [1]) — Ann. Inst. Arch. 1839, p. 56; cf. eund. Bull. 1852, p. 140.

1) *Nobilissimus vir* supplevit Borghesius, neque C pro *Caesare* facile eo loco scribi, nec voci CAES spatium sufficere docens.

§. 33. TRIGINTA, QVI DICVNTVR, TYRANNI.

N. 1016 extr. FEL . AVG, Gough, *additions to Camden* III, t. IV, p. 100.

N. 1019 a Sponio, Misc. p. 174, iisdem litteris, sed sine lacunis repraesentatur.

5548. IMP ‖ M C [1]) PIA‖VONIO ‖ VICTOR‖INO AVG — *Pyle* prope *Neath* in agro Glamorgensi, nunc in Museo Swanseiensi. *Archeological Journal* III, p. 274.

1) In nummis *Marcus* appellatur, unde M et C male exscriptae locum mutasse videntur, praesertim quum C(*aesar*) in monumento huius generis vix deesse possit.

5549. IMP C · C · ‖ POESVIO ‖ TETRICO ‖ P E AG [1]) — *Bittern* prope *Southampton*. Archaeologia XXIX, p. 257.

1) corr. P(*io*) F(*elici*) AVG(*usto*).

§. 34. CLAVDIVS GOTHICVS. AVRELIANVS.

N. 1020, v. 1 AVR; v. 4 pro *et* l. II; v. 5 MAXIMOQ; v. 6 MAIESTATIQ; Finestres II, 28.

N. 1024 pro P . ET recte Schoenwisner P . F; Acta litt. Mus. nat. Hungar. p. 265, n. 48, ubi versus aliter divisi leguntur, initio vero CAES pro *caesari*. Cognomen CONSTANS nunc desideratur, legitur tamen apud Schoenwisner; cf. n. 4985.

5550. IMP CAES L ‖ DOMITIO AV‖RELIANO PIO FELI‖CI AVG P · P · CON‖SVLI CASTRONO‖VANI · EX D D P — Castronovi, nunc in Mus. Vat., ubi vidi. *Antologia Romana* 1777, p. 297.

5551. IMP · C · L · D · AVRE‖LIANO · P · F · INVI · C [1]) ‖ AVG PONT · M · T · P · VII ‖ COS III · GER · M · GOT · M · PA‖R · M · DA · M · CAR · M · IM [2]) — Mil. rep. 1843 prope Aurelianum Galliae, nunc in Mus. publ. Aurelianensi. Dedit mihi Mommsenius ex schedis Borghesii.

1) iunge INVIC*to*. 2) PAR*thico* . M*aximo*. DA*cico* . M*aximo* . CAR*pico* . M*aximo* . IM*peratori*. Cognomen Dacici nescio num in aliis antea monumentis lectum sit; cf. nummos Aureliani cum inscriptione DACIA FELIX; Eckhel, VII, p. 481. De *Carpici* cognomine cf. Vopisc. 30, et Or. 1029. Alterum huius tituli exemplum ibidem asservatur, eo tantum diversum, quod nomen P*atris* P*atriae* post PONT . M in eo legitur. In utroque monumento nota trib. pot. VII, quae parum constat cum sententia Eckhelii de *terminis imperii* Aureliani, VII, p. 484 sqq. — In fine IM minus recte lectum esse credo.

5552. VLPIE · SEVE‖RINE · AVG ‖ CONIVGI · D · N ‖ AVRELIANI · IN‖VICTI · AVG ‖ MATRI · CAS‖TRORVM ‖ RES · PVB ‖ POLENS — Polae. *Istria* I, p. 27; cf. titulum Allifanum apud Mommsen, I. N. 4750.

§. 35. TACITVS. FLORIANVS. PROBVS. CARVS. NVMERIANVS. CARINVS.

N. 1033, v. 3 pro *v. c* l. AVG.

N. 1037, not. 2 l. V*icem* P*raesidis*.

N. 1042 spurius; cf. Mommsen, I. N. 147*.

N. 1043 mihi certe suspectus, praesertim propter nomen *Numerii* Numeriano inditum, in hoc tantum et altero marmore Hispanico (Mur. 256, 7) obvium.

N. 1044: itidem susp. quod *nobilissimus Caesar* Carinus eodem tempore Imperator et Augustus dicitur.

N. 1045, tit. 2, v. 3, 4 AVR . CARO; v. 5 TR . P . COS . II; tit. 3 post *Numeriano* desideratur NOBILISSIMO . CAESARI; Finestres, Inscr. Catal. II, 32.

5553. IMP · CAES*ari* ‖ M · CLAVDIO · T*acito* ‖ PIO · FELIC*i* · *inv* ‖ AVG — Allifis. Mommsen, I. N. 4751.

5554. IMP CA*e*S ‖ M · ANNIO ‖ FLORIANO ‖ PTL NVICTO [1]) ‖ AVG ‖ M · P · LI — *Castor* in agro *Northampton*. Artis, *Durobrivae of Antoninus*, pl. XV, fig. 2 (Newton, Excerpta ex inscr. de Brit. p. CIX, 27 d.)

1) corr. P . *fe*L *i*NVICTO.

5555. *imp* CAESAR*i* ‖ M · AVRELIO ‖ PROBO · PIO ‖ FELICI . AVG ‖ PONTIF · MA‖XIMO · TRIB [1]) · · · · — In via Romana inter *Kaf* et *Testour*, provinciae Tunetanae. *Revue Archéol.* I, p. 827; Temple, *Excursions* II, 282.

1) cf. n. 5312, 5524.

5556. *imp · caes · m · aurelio · caro* ‖ PIO · FEL · INV*icto · aug* ‖ *e*T M · AVRELIO · CA*rino* ‖ *n*OB · CAES · PRINC · IVB ‖ ET · M · AVRELIO ‖ NVMERIANO ‖ *n*OBILISSIMO · CAES ‖ *c*VRANTE · M ·

ELIO · VITALE ‖ VP · PRAES · PROVINCIAE ‖ SARDINIAE — Mil. rep. *Fordungiani* Sardiniae, nunc in Mus. Caralitano. Della Marmora, voyage II, 468, 8.

5557. IMP CAES · M · A*u*‖RELIO CARINO INV‖*ic*TO PIO FELICI AVG ‖ PONTIFIC MAXIMO ‖ TRIBVNICIAE PO‖TESTATIS PATER PA‖TRIAE PROCONSVL ‖ VIAM IMBRIBVS ‖ ET VETVSTATE ‖ *collap*SAM CVM ‖ *pontibus* · · · RESTI*tuit* [1]) — *El Arrouch.* Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXV, 35. In via, quae a Rusicadi Cirtam ducit; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 47, 4.

1) scr. *pontibus* collato titulo Decii imperatoris in eadem via reperto; *Expl.* l. l. n. 3.

5558. PRINCIPI IVVENTVTIS ‖ M · AVRELIO ‖ NVMERIANO ‖ NOB · CAES — Saepini. Mommsen, I. N. 4924.

5559. IMP · CAESRI (sic) M · AVRE‖LIO · *numer*IANO ‖ PIO · FELICI · INVIC‖TO · AVG · P · P · COSV‖LI · TRIBVNICIAE ‖ POTESTATI ‖ CASTRONOVANI ‖ D D P — Rep. Castronovi; nunc in Mus. Vat. — Antologia Rom. 1777, p. 158. V. ipse et correxi.

Magniae Urbicae Carini titulum v. Or. 5057.

§. 36. DIOCLETIANVS. VAL. MAXIMIANVS. CONSTANTIVS CHLORVS. GAL. MAXIMIANVS. GAL. VALERIA. FL. SEVERVS. MAXIMINVS DAZA. MAXENTIVS. ROMVLVS. MAXIMILLA. LICINII DVO.

N. 1052a, v. 3 pro *p. t* scr. P . F.

N. 1054, v. 2 PERPVRGATIS (?); v. 4 ADMIRABILIVM; v. 5 FABRICARVM; v. ult. DIONYSIO; Anon. Einsiedl. ed. Haenel (*Archiv f. Phil.* cet. V, 1), p. 125.

N. 1056 rest. Mommsen, Gerhard, *Arch. Ztg.* 1846, p. 229 et *Epigr. Anall.* 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 308) ex Anon. Einsiedl. XVI (Maz. 14; Grut. 178, 7 e Maz.; 179, 1 ex cod. Carp.; 178, 4 ex Panvinio) et fragmentis Maz. 36 (Smet. 9, 6; Grut. 178, 8) et Don. II, 28): DD NN DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS INVICTI ‖ SENIORES . AVGG . PATRES . IMPP . ET . CAESS . ET ‖ DD . NN . CONSTANTIVS . ET . MAXIMIANVS . INVICTI . AVGG . ET ‖ SEVERVS . ET . MAXIMINVS . NOBILISSIMI . CAESARES [1]) ‖ THERMAS . FELIC*e*S . *dio*CLETIANAS . QVAS ‖ *m*AXIMIANVS . AVG . *absen*S . EX . AFRICA . SVB ‖ *pr*AESENTIA . MAIE*statis* . DISPOSVIT . AC ‖ *fi*ERI . IVSSIT . ET . DIOCLETIANI . AVG . FRATRIS . SVI ‖ NOMINI . CONSECRAVIT . COEMPTIS . AEDIFICIIS ‖ PRO . TANTI . OPERIS . MAGNITVDINE . OMNI . CVLTV ‖ PERFECTAS . ROMANIS . SVIS . DEDICAVERVNT. — Thermae dedicatae sunt inter Kal. Maias anni 305 et VII Kal. Aug. 306.

N. 1059, v. 8 dele MITYLEN; de Rossi ex schedis Vaticanis quibusdam.

N. 1061 mihi certe suspectus, similis titulis nn. 877. 886. 985, et eiusdem, ni fallor, originis.

N. 1063, v. ult. DIC . N . M . Q . EIVS; a latere titulus hic exstat: DED . KAL . FEBR ‖ MAXIMO . ET . AQVILINO . COS; monumenti vetustioris reliquiae.

N. 1064, v. 5. 6 explica: *V*i*r P*e*rfectissimus P*r*aeses P*r*ovinciae N*o*rici Medi-T*e*rranei*, cf. n. 5259.

N. 1065 spurius; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 320.

N. 1068, v. 1 IMP . CAES ‖; Mommsen, I. N. 6297.

N. 1069, v. 2 FILIO (non I FILIO); v. 3 INVICT (non I . INVICT). Post SEN littera excidit. Kellermann, apud Or. Anall. epigr. p. 36; vidi ipse. Notas NV,

NVB, NVBIS explicat *Nobilissimus Vir*, *Nobilissimus Vir Bis* vel BIS (*consul*) Borghesi, *memoria sopra Valeria Massimilla*, p. 8.

N. 1071, v. 2 pro D . M corr. D . N.

5560. Nomina Diocletiani, Maximiani, Caesarum filiorum nunc plenius leguntur in edicto *de pretiis rerum venalium*, cuius exordium hic referendum censui, iis, qui ipsum decretum cognoscere voluerint, Mommsenii libellum commendans, in quo nuper exempla eius ad nostram usque aetatem conservata collegit, restituit, illustravit (*Ber. d. S. Ges. d. W., phil. hist. Cl.* 1851), addito paullo post fragmento quodam Carystio quod Schaubertus cum eo communicarat (l. l.). Exordium autem in solo exemplo Aegyptiaco, quod Aquis Sextiis nunc exstat, legitur a Mommsenio restitutum ita: *imp · caesar · c · aurel · val · diocletianus · p · f · inv · aug · po*NT · MAX · GERM · MAX · VI · SARM · MAX · IIII · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · CARPIC · MAX · ARMEN · MAX · MEDIC · MAX · ADIABENIC · MAX · TRIB · P · XVIII · COSS · VII · IMP · XVIII · P · P · PROCOSS · ET · IMP · CAESA*r* · M · AVREL · VAL · MAXIMIANVS · P · F · INV · AVG · PONT · MAX · GERM · MAX · V · SARM ‖ *max · iiii · persic · max · ii · britt · max · carpic · max · armen · max · medic · max · adiabenic · max · tri*B · P · XVII · COSS · VI · IMP · XVII · P · P · PROCOSS · ET · FLA · VAL · CONSTANTIVS · GERM · MAX · II · SARM · MAX · II · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · CARPIC · MAX · ARMENIC · MAX · MEDIC · MAX · ADIABEN · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · III · NOBIL · CAES · ET · G · VAL · MAXIMIANVS · GERM · MAX · II · SARM ‖ *max · ii · persic · max · ii · britt · max · carpic · max · armenic · max · medic · max · adia*B · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · III · NOBIL · CAES *cet.* Pertinet ad annum 301 secundum sententiam Mommsenii, Borghesius vero anno 300 decretum tribuit, nona nisus tribunicia potestate Constantii Chlori, qui Kal. Martiis anni 292 Caesar declaratus erat. De singulis cf. l. l. et Eckhel, VIII.

5560 a. I · O · M · F ‖ CNI · 1) PRO ‖ SALVTE · DO 2) ‖ NN · IOVIO*rum* ‖ ET · HERCVLIO*rum* ‖ AVGG · NN — Sirmii. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 283.

1) l. E*t her*‖CVLI. 2) l. DD.

5560 b. FORTISSIMO · AC ‖ FLORENTISSIMO ‖ IMP · CAES · C · AVR · VAL ‖ DIOCLETIANO ‖ P · F · INVICTO · AVG · CONS V ‖ P · P · OFFAS 1) ‖ CVRANTE · TIB · CL · SEVERO V C ‖ D N MQ EIVS · SEMPER — Romae, in Mus. Vat. Amaduzzi, *Anecdd. litt.* III, p. 469. V. ipse.

1) Sic, licet nesciam, quid sit. [Id ipsum puto quod n. 3817 significatur verbis *ex collatione epuli* et n. 3722 *ex sportulis suis*; sodales nescio qui sportulas offis emendis destinatas contulerunt ad statuam imperatori faciendam. Similiter *escae* positae sunt n. 4419. MOMMSEN.]

5561. IMP · C · MARC*us* 1) *aurelius* ‖ BALERIVS DIO*cleti*‖ANVS · P · F · INVI*ctus · aug · et* ‖ IMP · C · M · AVR*elius* ‖ MAXIMIANVS ·

p · f · invic‖TVS · AVG*ustus · et* ‖ FLAVIVS · VA*lerius* ‖ CONSTAN-T*ius · et* ‖ GALERIVS · *val · maximianus* ‖ NOBB · CA*ess* ‖ PASS*uum m* ‖ X · · · — In agro Melfitano, ad viam Herculiam pertinens. Mommsen, I. N. 6296 a; cf. 6296 b.

1) De hoc praenomine pro vulgari C. Diocletiano dato cf. l. l.

5562. FORTISSIMO *clementissimo* (?) ‖ INVICTISSIMO *principi* ‖ DOMINO NOSTRO *imp · caes* ‖ MARCO AVR · VA*l · maximiano p · f* ‖ *invicto semper augusto* cet. — Romae, in ruderibus basilicae Iuliae, quam a Diocletiano et Maximiano restitutam esse constat. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 140.

5562 a. DIVO ❦ ‖ M AVR VAL ‖ MAXIMIANO ‖ SENIORI — Amiterni. V. Brunnius.

5563. *i*MP CAES FLA‖VIO VALERIO C‖ONSTANTIO ‖ IN-VICTO PIO ‖ FELICI AVG PON‖TIFICI MAXIMO ‖ TRIBVNICIAE ‖ POTESTA*ti*S XIV 1) ‖ *i*MP XI 2) CONS ‖ V 3) P P P VALE*rius* 4) ‖ *a*NTONI*nus v · p · p* ‖ *provi*NC · *Nu*M*i*DI*ae* ‖ P P P 5) — *Anouna. Exploration de l'Algérie, Archéol.* pl. 168, 12; corr. et rest. Borghesius, apographo usus a Francogallo quodam ei tradito.

1) Est Constantius Chlorus, qui anno 305 Augustus dictus est. Ad eum vero annum Borghesius titulum pertinere docet; litterarum enim vestigiis trib. pot. XIV indicari videtur; cf. n. 5560. 2) In utroque exemplo APTI. 3) In apographis E, quod corrigendum est, quum *quinqu*E ibi scriptum esse nequeat. 4) VAII, in apographo utroque. 5) Quum consueta formula monumentorum Africae D D P P hac certe aetate vix in usu fuerit, Borgh. D N M Q E legendum esse censet.

5564. DIVO ‖ FLAVIO VALERIO ‖ CONSTANTIO ‖ COLO-NIA · MINT 1) — Neapoli. Mommsen, I. N. 4058.

1) MINT*urnensium.*

Hic inserendus erat n. 5585.

5565. C · FLAV · GALER · LICINIVS 1) ‖ AVG · BONO OM-NIVM ‖ NATVS ‖ D · D · D · N · N · N ‖ CRISPO · LICINIANO ‖ ET · CONSTANTINO ‖ NNN · OOO · BBB · CAESSS ‖ M · XX — Mil. rep. prope Miletum in Bruttiis. Op. cit. 6281.

1) De nominibus Licinii patris cf. Eckhel VIII, p. 67. Ad eundem pertinet titulus Canusinus, l. l. 6291:

5566. D · N · IOVIO 1) ‖ LICINIO · IN‖VICTO · SEM‖PER · AVG —

1) cf. Eckhel, l. l., qui nomen Iovii adoptione a Diocletiano in Galerium Maximianum, ab hoc in Maximinum et Licinium transmissum esse demonstrat (Or. 1047. 1051).

5567. PROVIDENTISSIMO ‖ FORTISSIMOQVE · D · N ‖ VA-LERIO · LICINIANO ‖ LICINIO · PERPETVO ‖ AC · SEMPER · AVG ‖ · · · · SEPTIMIVS · IA‖NVARIVS · V · C · PRAES ‖ PROV · SARD · DEV ‖ NVMINI · MAIESTATIQ ‖ EIVS — *Porto-Torres* Sardiniae. Della Marmora, *voyage* I, p. 478, n. 30.

5568. *imp · caes · va*LERIO ‖ *licinia*NO ‖ *licinio* PIO F ‖ · IN-VICTO · AVG · P ‖ M · TRIB · P · III · CON ‖ P · P · PROCOS · R · P ‖ PARENTINOR 1) ‖ D · NVM · MAI ‖ *que* AEIVS (sic) — Parentii 1845. Ortius cum Borghesio communicavit.

1) cf. quae ad n. 72 adnotavi.

5569. IMPRATORI (sic) · CESARI ‖ VALERI · LICINIANIO (sic) LICINIO · NOBILIS‖SIMO · CESARI[1] ‖ C · N · L · XIII[2]) — In silva *Biennwald*, nunc Spirae. Steiner, I. Rh. 199; corr. id. I. Dan. et Rh. I, 753 ex Jäger, *Jahresber. d. h. V. d. Pfalz* I, 1848, p. 31.

1) Nomen imperatorium Licinio Caesari necdum Augusto fuisse hoc titulo constat, ita ut Caesar eodem modo, quo Titus, Traianus, Antoninus Pius, Valerius Severus fuerit; cf. Borghesi, *I. Renane* p. 4 (Ann. Inst. 1839). 2) *Civitas* Nemetum *Leugae* XIII.

5570. DOMINO · PATRI ‖ M · VAL · MAXENTIO ‖ VIRO · CLARIS ‖ VAL · ROMVLVS · C · P ‖ PRO · AMORE ‖ CARITATIS · EIVS ‖ PATRI · BENIGNISSIMO — *Zagaroli*. Mur. 753, 3, et:

5571. DOMINAE · MATRI ‖ VAL · MAXIMILLAE ‖ NOB · FEM ‖ VAL · ROMVLVS · C · P ‖ PRO · AMORE ‖ ADFECTIONIS · EIVS ‖ MATRI · CARISSIMAE[1]) — Ibd. Maff. M. V. 316, 6.

1) Maxentius, qui postea imperavit, eiusque coniux Maximiani imperatoris filia, cui titulus *nobilissimae feminae* propter ipsam hanc originem datus est; cf. Borghesi, *memoria sopra Valeria Massimilla* cet.

§. 37. HELENA CHLORI. CONSTANTINVS MAGNVS. FAVSTA. CRISPVS. CONSTANTINVS II. DELMATIVS.

N. 1074, v. 5 exeunte FL nunquam exstitisse, nomen vero *Crispi* abrasum esse Mommsenius notavit (I. N. 106), Garruccius autem, eius rei a Borghesio certior factus, etiam vestigia nominis recognovit (*Iscrizz. di Salerno* p. 19, n. 4); v. 6 in. ET itidem abrasum; v. 8 ALPINIVS; v. 9 IBRITTIORVM „sic" Mommsen l. l., et Mercklin, qui et ipse exscripsit; Garruccius l. l. lectionem vulgatam retinuit. Titulus positus est inter annum 323, quo Constantius Caesar nominatus, et annum 326, quo Crispus interfectus est.

N. 1075 verba INSTINCTV . DIVINITATIS in litura posita sunt; eorum loco olim verba legebantur NVTV . IOVIS . O . M, quorum vestigia satis clara adhuc exstare affirmavit mihi vir quidam rei epigraphicae peritissimus, cui inscriptionem prope intuendi manibusque contrectandi occasio fuerat.

N. 1081 pro *in basilica Constantini* l. *in basi Constantini*; Anon. Einsiedl. cf. Mommsen, Anall. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850) p. 299.

N. 1085, 1086, duo exempla alterum altero magis interpolatum eiusdem tituli, si quidem re vera titulus antiquus est, id quod loco quodam operum Ruperti abbatis Tuitiensis, Coloniae ed. 1602, 2 voll. fol. (*de incendio oppidi Tuitii liber singularis* c. 8) probari videtur; cf. Deycks, *Deutz eine Römerveste*, *Castrum Divitensium* (*Rhein. Jahrbb.* 1850, XV, p. 23). Miror, quod Orellio ne suspicionem quidem moverint.

N. 1087, v. 4 l. CONSTANTIO; v. 5 FELICI; v. 6 ÁVG .AVG. „sic"; v. 9 A . . ET CAL . SEM ‖ . . . . . √S, i. e. *ap*VL*iae* ET CAL*abriae* SEM‖*per d n m q ei*VS (*dicatus numini maiestatique eius*). Mitto versus aliter divisos. Mommsen, I. N. 1108.

N. 1093 initio unus vel plures versus desunt, scalpro, ut videtur, deleti, v. 6 BAEATISSIMORVM . (sic) C . . . . ; v. 7 D N FL IVL CONSTANTI; litterarum pars inferior desideratur. Vidi ipse in Mus. Capitolino.

N. 1097 aevi haud dubie posterioris.

5572. D · N ‖ P · VALER · CONSTANTINO ‖ INVICTO ‖ AVG · BONO · OMNIVM ‖ NATVS · ET ‖ D · D · D · N · N · N · · · · · · · ·[1]) ‖ CRISPO ‖ ET · CONSTANTINO ‖ NNN · OOO · BBB · CAESSS ‖ M · XX — Mil. rep. prope Miletum in Bruttiis una cum n. 5565.

1) Nomen Licinii filii abrasum.

5573. D · D · N · N · ‖ CONSTANTINO ‖ MAXIMO ET ‖ LICINIANO · LICI‖NIO · AVGG · ET ‖ FLAVIO · CRISPO · ET ‖ LI-

CINIANO · LICINIO ‖ ET FL · CL · CONSTAN‖TINO · CAESARI-B‖VS · B · R · P · N[1]) — Faleriae Piceni. *Giorn. Arcad.* XXXIII, 97.

1) Bono Rei Publicae Natis.

5574. *f*ORTISSIMO AC ‖ PIISSIMO IMP ‖ D N CONSTANTINO ‖ MAXIMO P F INVICTO ‖ AVG ‖ NONIVS VERVS[1]) V C ‖ CORR APVL ET CALAB ‖ D N M Q. EIVS — Aeclani. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 64, 15; Mommsen, I. N. 1107.

1) cf. Mur. 725, 3, corr. a Cavedonio, *Marmi modenesi* p. 163 et 291, ubi quae de aetate Nonii Borghesius exposuerat, novo hoc titulo confirmantur.

5574ª. DIVINAE INDOLI ‖ AC · VENERANDAE ‖ PROSAPIAE · D N · FL ‖ IVLIO CRI*spo* BEA‖TISSIMO AC ‖ NOBILISSIMO ‖ CAESARI ‖ NONIVS · VERVS ‖ V · C · CORR · APVLIAE ‖ ET · CALABRIAE — Aeclani (*nelle masserie del Passo di Mirabella*). V. Brunn. Edidit Garruccius, Bull. Nap. 1853, p. 80.

5575. *fo*RTISSIMO ‖ *cle*MENTISSIMO · E*t* ‖ *gl*ORIOSISSIM*o* ‖ *p*RINCIPI · ‖ *d* · N · FLAVIO · VA*l* ‖ *c*ONSTANTIN*o* ‖ *p* · F · INVICTO · AVG ‖ Q · ATTIVS GRANIV*s* ‖ CAELESTINVS · V C · CV*r* ‖ ALV · TIB · ET · CLOAC · S · V ·[1]) D · N · M · Q · EI*us* — Romae; in foro Traiani. Cardinali, *Dipl.* n. 405; corr. ipse in *Allgemeine Jenaische Litt. Ztg.* 1847, n. 61, p. 244 ex apographo ab Amatio confecto; postea vidi ipse et correxi.

1) *Sacrae Vrbis.*

5576. IMP · CAES · FLAVI‖O · CONSTANTINO ‖ MAXIMO · PIO · FELICI · IN‖VICTO · AVG · PONT · MAX · GER ‖ MAXIMO · III · SARM · MAX ‖ BRIT · MAX · CAPP ·[1]) MAX · ARAB ‖ MAX · MED · MAX · ARMEN ‖ MAX · GOTH · MAX · TRIB · PO‖TEST · XIIII · IMP · XIII · CON‖SVL · IIII ·[2]) PATRI · PATRIÆ ‖ PROCONSVLI ‖ FLAVIVS · TERENTIA‖NVS · V P · PRAESES ‖ PROVINCIAE · MAV‖RETANIAE · SITIF · ‖ NVMINI MAIES‖TATIQVE · EIVS · SEM‖PER · DICATISSI‖MVS — *Ain-Rona*, haud longe a Sitifi dist. — *Revue Archéol.* VII, p. 310.

1) l. CARP*ico*. 2) Constantinus cos. IIII anno 315 processit, cos. V anno 319; unde tribuniciam potestatem eum iam tum adeptum esse patet, quum post mortem patris Augustus quidem ab exercitu, sed Caesar tantum a Maximiano dictus esset. Quamquam ne sic quidem temporum ratio satis clare perspicitur. Nam si prima eius tribunicia potestas anno 306 tribuitur, decima quarta ad annum 319 pertinet, quo fasces quintum gessit; cf. titulum 5578.

5577. TRIVMPHATORI OMNIVM GENT*i*VM AC DOMINATORI VNIVERSARV*m terrarum* (?) ‖ Q*u*I LIBERTATEM TENEDRIS[1]) SERVITVTIS OPPRESSAM SVA FELICI VI*ctoria* ‖ *in* LVCE*m reduxi*T *d* · N FLAVIO VALERIO CONST*a*NT*ino maximo* ‖ *pio felici* · INVICT*o semper* AVG*usto* · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · VA · · · · · · · · PN NVAINI[2]) MAIESTATIQVE EIVS DEVOTA — Constantinae. Exscr. de Grabow. Ipse restitui.

1) corr. TENEBRIS. 2) Fortasse *colonia* (s. *civitas*) *Constantina cirtensi*V*m metropolis* P N (*provinciae Numidiae*) NVMINI cet. Ipsam enim *Provinciam* Nu-

midiam monumentum dedicasse mihi certe minus verisimile est, quum solis litteris initialibus nomen eius indicetur.

5578. MAGNO ET INVICTO PRINCIPI D · N · IMP · CAESARI ‖ FLAV · VAL · CONSTANTINO PIO FELICI SEMPER AVG ‖ PONT · MAXIMO SARMATICO MAX · GERM · MAX · GOT · MAX ‖ TRIB · POT · X · CONS · IIII · IMP · VIIII · [1]) P · P · PROCONSVLI ‖ SEPTIMIVS FLAVIANVS V P P P MAVR · SITIF [2]) ‖ NVMINI MAIESTATIQ · EIVS SEMPER DICATISSIMVS — ab altero latere: VOT · X, ab altero: MVL · XX — Sitifi, in arcu. Hefner, *R. Inschr. m. Bemerk.* n. XXII (in Actis Acad. Monac. cl. I, vol. V, 2); Bull. Inst. 1851, p. 180.

1) a. 315. 2) *Vir* P*erfectissimus* P*raeses* P*rovinciae* MAVR*etaniae* SITIF*ensis.* Ceterum hoc titulo et n. 5576 cognomen *Germanici maximi* Constantino datum esse primum innotuit.

5579. VICTORIAE AVGVSTAE ‖ *sac*RVM PRo SALVTEM (sic) ‖ *dd* · *n*N MAXIMINI ET ‖ *con*STANTINI ET LICIN*i* ‖ *sem*PER · AVGG · AVR · SENECIo ‖ DVX · TEMPLVM NVMINI ‖ *e*IVS EX VoTo A NoVo FIERI IVSSI*t* ‖ PER INSTANTIAM · VAL · SAM- ‖ BARRAE · P · P · EQQ · DALM · AQ‖VESIANIS · COMIT · [1]) L · L · M ‖ OB · VICTORIA · FACTA · V · K · IVLIAS ‖ ANDRONICO · ET · PROBO · COS [2]) — Prutting Boioariae. Hefner, R. Inschr. cet. p. 16; Bull. Inst. Arch. 1851, p. 177.

1) *Prae*P*ositus* EQ*uitibus* DALM*atis* AQVESIANIS . COMIT*atensibus.* Aquesianorum populus ignotus. De *comitatensibus* cf. Not. Or. c. 2, ubi inter triginta duas vexillationes equites Dalmatae bis commemorantur. 2) a. 310. Victoria indicatur de Bructeris, Chamavis, Cheruscis, Tubantibus, Alamannis uno die reportata, ex qua Germanici nomen Constantino datum est. Consules autem annum designant, quo *victoria facta* est, minime annum dedicationis monumenti, quippe quo Galerius Maximianus nominari debuisset, si anno 310 positum esset; cf. Borghesi, Bull. l. l.

5580. E ❦ S ❦ R [1]) ‖ IMP · CAES · FL · CONSTANTINVS ‖ MAX · GERM · SARM · GOT · VICTOR [2]) ‖ TRIVMP · AVG ET FL · CONSTANTINVS ‖ ET · FL · IVL · CONSTANTIVS ET FL ‖ CONSTANS [3]) ‖ OMNIA QVIDEM QVAE HVMANI GENE‖RIS SOCIETATE (sic) TVENTVR PERVIGILIVM CV‖RAE COGITATIONE CONPLECTIMVR SED PRO‖VISIONVM NOSTRARVM OPVS MAXIMVS (sic) ‖ EST VT VNIVERSAE VRBES QVAS IN LVMINIBVS PROVIN‖CIARVM HAC [4]) REGIONVM OMNIVM SPECIES ET FORMA DIS‖TINGVITVR (sic) NON MODO DIGNITATE (sic) PRISTINAM TENEANT ‖ SED ETIAM AD MELIOREM STATVM BENEFICENTIAE NOS‖TRAE MVNERE PROBEANTVR [5]) CVM IGITVR ITA VOS TVSCI‖AE ADSERERETIS ESSE CONIVNCTOS VT INSTITVTO ‖ CONSVETVDINIS PRISCAE PER SINGVLOS (sic) ANNORVM VI‖CES A VOBIS QVOQVE PRAEDICTIS SACERDOTES CREENTVR ‖ QVI APVT VVLSINIOS TVSCIAE CIVITATE (sic) LVDOS ‖ SCHENICOS (sic) ET GLADIATORVM MVNVS EXHIBEANT ‖ SED PROPTER ARDVA MONTIVM ET DIFFICVLTATES ITI‖NERVM SALTVOSA (sic) INPENDIO POSCERETIS VT

INDVLTO || REMEDIO SACERDOTI VESTRO OB EDITIONES CELE||BRANDAS VVLSINIOS PERGERE NECESSE NON ESSET || SCILICET VT CIVITATI CVI NVNC HISPELLVM NOMEN || EST QVAMQVE FLAMINIAE VIAE CONFINEM ADQVE CON||TINVAM ESSE MEMORATIS DE NOSTRO COGNOMINE || NOMEN DAREMVS IN QVA TEMPLVM FLAVIAE GENTIS || OPERE MAGNIFICO NIMIRVM PRO AMPLITVDINEM || NVNCVPATIONIS EXSVRGERE [6]) IBIDEMQVE HIS [4]) || SACERDOS QVEM ANNIVERSARIA VICE VMBRIA DE||DISSET SPECTACVLVM TAM SCENICORVM LVDORVM || QVAM GLADIATORII MVNERIS EXHIBERE [6]) MANENTE || PER TVSCIA (sic) EA CONSVETVDINE VT INDIDEM CRE||ATVS SACERDOS APVT VVLSINIOS VT SOLEBAT || EDITIONVM ANTEDICTARVM SPECTACVLA FRE||QVENTARE [6]) PRAECATIONI HAC [4]) DESIDERIO VESTRO || FACILIS ACCESSIT NOSTER ADSENSVS NAM CIVI||TATI HISPELLO AETERNVM VOCABVLVM NOMENQ̄ || VENERANDVM DE NOSTRA NVNCVPATIONE CONCES||SIMVS SCILICET VT IN POSTERVM PRAEDICTA VRBS || FLAVIA CONSTANS [7]) VOCETVR IN CVIVS GREMIO || AEDEM QVOQVE FLAVIAE HOC EST NOSTRAE GEN||TIS VT DESIDERATIS MAGNIFICO OPERE PERFICI || VOLVMVS EA OBSERVATIONE PERSCRIPTA NE AE||DIS NOSTRO NOMINI DEDICATA CVIVSQVAM CON||TAGIOSE (sic) SVPERSTITIONIS FRAVDIBVS POLLVATVR || CONSEQVENTER ETIAM EDITIONVM IN PRAE||DICTA CIVITATE EXHIBENDORVM (sic) VOBIS || LICENTIAM DEDIMVS SCILICET VT SICVTI || DICTVM EST PER VICES TEMPORIS SOLLEM||NITAS EDITIONVM VVLSINIOS QVOQVE NON DE||SERAT VBI CREATI (sic) E TVSCIA SACERDOTIBVS MEMO||RATA CELEBRITAS EXHIBENDA EST ITA QVIPPE NEC || VETERIBVS INSTITVTIS PLVRIMVM VIDEBITVR || DEROGATVM ET VOS QVI OB PRAEDICTAS CAVSAS || NOBIS SVPPLICES EXTITISTIS EA QVAE INPEN||DIO POSTVLASTIS IMPETRATA ESSE GAVDE||BITIS — Rep. a. 1733 Hispelli prope theatrum antiquum. Adami, *storia di Bolseno* II, p. 48; Murat. apud Calogerà vol. XI, p. 319, et in Thesauro Inscr. p. 1791—1794; Pococke, Inscr. ant. p. 75. Murat. spurium titulum esse declaravit, atque sententiam eius Orellius quoque secutus est (2170). Nuper Mommsenius egregie monumentum praeclarissimum defendit, ab eoque excitatus ipse mense Maio anni 1851 Hispellum adii, titulum in aedibus publicis asservatum facile repperi, cum exemplis Muratorianis contuli, ectypum chartaceum feci. Titulus autem in tabula marmorea praegrandi, litteris magnis proque aetate eius satis pulchris exaratus, si quis alius, genuinus est. De singulis luculenter Mommsenius disseruit, Anall. epigr. 9 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 199 sqq.), ubi vide.

1) *Exemplum Sacri Rescripti* ? Mur.; cf. *exemplum sacrarum litterarum*, C. Th. XVI, 5, 20. 2) GERM*anicus* . SARM*aticus* . GOT*icus* . VICTOR; minus bene Mommsen: GERM*anorum* cet. VICTOR. 3) De tempore, quo decretum factum est,

nihil aliud affirmare licet, nisi post mortem Crispi a. 326 occisi id scriptum esse. 4) pro AC; ita postea HIS pro IS. 5) pro PROVEHANTVR. 6) l. EXSVRGERET, EXHIBERET, FREQVENTARET; fortasse E et T nexu ligandae erant, cuius rei in archetypo frustra indicationem quaesivi. 7) cf. Or. 2170. — Tusciam et Umbriam, sub administratione unius correctoris s. consularis coniunctas, annua Vulsiniis concilia habuisse hoc titulo docemur, quibus ludi et munera gladiatoria a sacerdotibus edebantur, quibus *coronatis Umbriae et Tusciae* nomen erat. Et sacerdotes quidem singuli per *annorum vices* a singulis populis creabantur, semper autem Umbrorum sacerdoti Vulsinios proficiscendum erat, quum in Umbria ludos illos edere minime liceret. Quapropter ab imperatore Umbri petierunt, ut in civitate Hispellatium sibi ludos facere permitteret, civitati vero ipsi de gentis Flaviae nomine appellationem inderet. Id quod hoc decreto imperator concessit, ea tamen conditione adiuncta, ut ne aedis gentis Flaviae, quae ludorum causa aedificanda erat, paganis superstitionibus pollueretur. Itaque inde ab hoc tempore Umbri Hispelli, Tusci Vulsiniis ad ludos celebrandos convenerunt. Cf. Mommsen, l. l.

5581. PIISSIMAE · AC · VENERAVI‖LI · D · N · FAVSTAE · AVG ‖ VXORI D · N · MAXIMI ‖ VICTORIS · AVG ‖ CONSTANTINI *proc*‖*r*E*atric*I · 1) D · D · D · N · N · N ‖ CONST*a*NTIS · 2) CONSTANTINI ‖ *e*T CONSTANTI · BAEA‖TISSIMORVM AC *felic*‖*ium caesa*RVM OR‖*do et populus surrentinorum*3) — Surrenti. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 63, 13; corr. Mommsen, I. N. 2114. Novissimus Garruccius inscriptionem denuo edidit *Bull. Napol. nuova serie*, *anno* II, p. 53, cuius apographum secutus sum. Cf. 1074.

1) . . . ‖ . . PI, M. 2) Mommsenio sola S apparuit. 3) CONSTANTI . . . . ‖ . . . . IMORVM . . . ‖ . . . . . INI . . . VMI . OR, M. Quam maxime igitur desiderandum est, ut a viro epigraphices perito Garruccianae et Mommsenianae lectiones denuo cum archetypo conferantur. Id tamen constat, unicum hoc nobis superesse Faustae monumentum; quod post mortem eius positum esse *venerabilis* titulo Borghesius comprobavit, assentitus Garruccio, qui Constantis nomen ante nomina fratrum propterea collocatum esse voluit, quia Italiam tum Constans regebat. Quum vero neque probabile sit, vivente Constantino Magno titulum in honorem Faustae positum esse, neque Augustorum nomine filii in documento Surrentino ornentur, idem Borghesius inscriptionem eo tempore dedicatam esse suspicatur, quo mortuo patre filii nondum Augusti appellati erant. Decessit enim Constantinus XI kal. Iunias anni 337, filii autem V id. Sept. Augusti salutati sunt. Occiso deinde Constante Augusto, eius et matris nomina simul abrasa sunt. *Bull. Nap.* l. l.

5582. D N ‖ FL DELMATIO ‖ NOB ‖ CAES 1) — Darentiacae (*Saillans*). *Mémoires présentés à l'Académie des b. l.* II, 1849, p. 365.

1) Flavius Iulius Delmatius, Delmatii censoris filius, cos. a. 333, Caesar a. 335, tertio imperii anno occisus est; cf. Eckhel VIII, p. 103; Tillemont IV, p. 251. 259. 313 cet.

§. 38. CONSTANS, CONSTANTIVS. CETERI VSQVE AD GRATIANVM ET VALENTINIANVM II.

N. 1113 verba AB AEQVO M VII suo iure pro interpolatis Mommsenius habet; I. N. 6296b.

N. 1114 pro RECTORI Torremuzza, Inscr. Sicil. p. 41, n. 35 exhibet CVLTORI.

N. 1116 rest. Mommsen, *Anall.* 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 298) ex Anon. Einsiedl. ed. Haenel p. 122 (*Arch. f. Phil.* V, 1): FORVM . POPVLO . ROMANO . SVO . *dono* . *dederunt* ‖ DOMINI . ET . PRINCIPES . NOSTRI . *imppp* . *auggg* ‖ VALENTINIANVS . ET . VALENS . ET . *gratianus* ‖ CVRANTE . FLAVIO . EVPRAXI*o* V . C . *praef* . *urbi*.

N. 1117: Gratiani nominibus insere *victor*.

N. 1118: male confictus videtur esse ex n. 1117.

N. 1119, initio adde XXXXII ||; v. 3 VALENTINAIN||O „sic"; v. 5 AVGGG; v. 6 R P N; Kellermann apud Or. Anall. epigr. p. 36 ex apographo Krameri et Bunsenii.

N. 1121 sola Lupuli fide stat; cf. Mommsen, I. N. 1291.

N. 1123: Mur. 393, 5 ad Magnentium referendus est; cf. n. 5587.

5583. BEATITVDINE D · N · CONSTANTIS VICTORIS || AC TRIVMFATORIS SEMPER AVG || PROVISA COPIA QVAE HORREIS DEERAT || POSTEAQVAM CONDENDIS HORREA DEESSE COEPERVNT || HAC[1]) VVLC · RVFINVS · V · C · PRAEF · PRAET ·[2]) PER · SE · COEPTA || IN SECVRITATEM PERPETEM REI ANNONARIAE DEDICAVIT — *Steinamanger*. Seidl, *Chronik d. archaeol. Funde* cet. III, 1847, p. 28.

1) l. *haec*. 2) Vulcatius Rufinus cos. a. 347 cum Eusebio, pr. pr. a. 349; cf. Gothofr. prosopogr. C. Th. s. v.

5584. PROPAGATO*ri orbis ac* || ROMA*nae rei publicae* || CONSTANTIO MAXIMO || TOTO ORBE · VICTORI || AC · TRIVMF · SEMP · AVG || MEMMIVS · VITRASIVS || ORFITVS · V · C · ITERVM || PRAEF · VRB ·[1]) IVDEX || SAC · COGN · TERT · D · N · M · Q · E — Fragmenta tria in Foro Romano effossa, quorum prius vv. 2. continens anno 1835 repertum est, alterum vv. 5. in Mus. Vat. exstat, tertium anno 1833 detectum est. *Arch. Intell. Bl.* 1835, 43.

1) Successor Flavii Leontii, qui a. d. IIII. kal. Nov. 356 fasces urbanos gerebat, ipse praef. usque ad d. certe IX kal. apr. 359; cf. Borghesi, *lap. Grut.* p. 16 (ex Actt. Acad. Taur. vol. XXXVIII).

5585. IMP · CAESARI || GAIO · FABIO · (sic) *val* || CONSTANTIO · P*io* || FELICI · AVGVSTO · *or*||DO · CVRIVM · SABI*no*||RVM || D · N · M · Q · E*ius* — Romae, Mus. Vat. Rep. prope Cures (*Fara*). *Nov. lett. Fior.* 1766, p. 93. Vidi ipse. Spectat ad Constantium Chlorum; cf. ad 5564.

1) Borghesi, in censura operis Labusii *ara scoperta in Hainburgo* (Giorn. Arcad. VII, p. 376—398; VIII, p. 53—66), hunc Capellianum eundem esse suspicatus est cum eo, qui in Africa Gordianos patrem et filium coëgit, ut mortem sibi consciscerent. Quem quo minus procuratorem credas (cf. Tac. Hist. I, 11; Capitol. Max. 19; Gord. 15.), Herodiani impedit auctoritas, quippe qui senatorem eum fuisse et Numidiam rexisse narrat (VII, 9); Numidiae autem legatus cum legione praeerat. At summi viri sententiae hoc obstare videtur, quod legatus Numidiae praetorius erat, consularis autem qui hoc titulo commemoratur, legatus Pannoniae; neque enim probabile est, Capellianum a Gordiano Aug., posteaquam avo et patri causa mortis fuit, in vivis relictum esse.

5667. AROLL[1]) · · · · || QVOD Q NICIV*s* || Q · NICI PVDENTIS *f* || PAP · ANNIANVS · DEC || *sa*C · NEPTVNI CODI||*ci*LLIS · SVIS · STATVAM || *ne*PTVNI IN FORO NO||VO EX · HS · V̄ · N · PONI · IVSSISSE||T O[2]) HERED · NICII · RESTITVTVS HONORAT[3]) MAXIM || SORORIS EIVS FIL · E · C NICIVS || AGRIPPIN · FRATER · EIVS EX HS || V̄DC · XL POSVERVNT · I||DEMQ · DED — Calamae, nunc in Museo Parisiensi. *Exploration de l'Algérie*, *archéol.* pl. 183, 7; minus bene Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXX, n. 73.

1) Apollinis mentioni hic locus vix esse videtur. 2) Ita in utroque exemplo; fortasse signum interpunctionis est. 3) Minus recte Clarac ET pro H.

§. 4. MARS. BELLONA.

N. 1345, spurius; cf. Mommsen, I. N. 791*.

N. 1346, v. 2. ACHILLES . AVG . LIB || PROC; v. ult. D . D . L . D . D . D . Op. cit. 4539. Mommsenio genuinus est, neque de Tauleri fide iudicium eius cum opinione Orellii conspirat; cf. l. l. p. 238.

N. 1348 spurius ob nomen Mavortii.

N. 1349, spurius; cf. Mommsen, I. N. 814*, ut Ligorianus; Gud. Ms. 1568, 5.

N. 1350, spurius; ex schedis Barberinis desumptus simul cum alia inscriptione effossus esse dicitur, in qua REMVREINE lectum esse tradunt! cf. Fabr. 697, 196.

N. 1357, v. 6. PRAEF COH || Ī . AQVITANO*r*; Horsley tab. XXXII; *Philosophical Transactions* XIX, p. 661, n. 231.

5668. DEO · MARTI · ARM[1]) || IVLIVS · EMERI||TVS · MIL · LEG · VIII || AVG · SEVERIANAE || · · · · · · · · · · ·[2]) || EXACTVS ·

COS[3]) || DEDICATA || XIII · K · MAIAS || MAXIMO · ET || AELIANO · COS[4]) || V · S · L · L · M — Mogontiaci. Klein, *Ztschr. d. A. V. zu Mainz* I, 1, p. 60, 5; Steiner, I. Rh. 385; I. Dan. et Rh. I, n. 386.

1) ARM*igero* St., qui fallitur Muratorianum exemplum laudans; ARM*igero* vel ARM*ato* Kl. Equidem de nomine quodam topico cogitandum esse puto. 2) Nomen ALEXANDRIANAE de consilio deletum. 3) cf. 3131. 4) cos. a. 223.

5669. *ma*RTI · CYPRIO[1]) || C *ia*VOLENVS · APVLVS · SIGNVM || MARMOREVM · EX · VOTO · POSVIT · ET || AEDEM · VETVSTATE CON*lapsam* || REFECIT · ADIECTO · PRONAO · ET · CO*lumnis* — Rep. prope Iguvium cum statua Martis, in cuius basi legebatur: L · IAVOLENVS · APVLVS || VOTVM · SOLVIT · L · M · Amaduzzi, *Nov. Fior.* 1781, p. 789. Sunt iam apud Or. 4950. 4951.

1) cf. Varro, L. L. V, 159; Mommsen, *Unterit. Dial.* p. 350.

5670. MARTI || GRADIVO || D · D || L · PLVTIVS · PIVS || AEDILIS · MONITOR || AVGVR ·[1]) PRAEF · SACROR[2]) — Romae, in Mus. Vat., rep. ad *Montem Portium* agri Tusculani. Doni I, 44; Fabr. 697, 188 cett.; cf. Borghesi, Giorn. Arc. I, 1819.

1) Officium sola hac inscriptione notum; Borgh. l. l. 2) Cf. nn. 5985 sqq.

5671. MARTI || INVICTO — Telesiae. Mommsen, I. N. 4836.

5672. MARTI MILITARI || COH I BAETASI||ORVM C*ui* || PRAEES*t* · · · || VS TVTOR *prae*||FECTVS || V · S · L · L · M — Ellenborough Cumbriae. Horsley, Britannia Romana, tab. LXVI.

5673. · · · · · · · · · || TRIB · COHOR · I || CARTOV · · · ·[1]) || MARTI · VICTORI || GENIO LOCI || ET BONO EVENTVI — Binchester, Durham. Idem p. 296.

1) Si qua fides exscriptori est, CARTOV*iorum*, qui ignotus mihi quidem populus est.

5674. M · FOVRIO · C · F · TRIBVNOS · MILITARE · DE · PRAIDAD · MAVRTE · DEDET — Tusculi. *Saggiatore* I, p. 32; Bull. Inst. Arch. 1847, p. 166, not. 1; hic ex ectypo chartaceo editus.

5675. DEAE BEL||LONAE · RVFI||NVS · PRAEF || EQ · ALAE · AVG || ET LAINIA||NVS · FIL — *Old Carlisle.* Smith, *Journal of British archaeol. Assoc.* III, p. 43.

§. 5. VENVS. LIBITINA. ADONIS.

N. 1361 recte ad Bovianum refertur; Mommsen, I. N. 4985.

N. 1362, confictus ob cognomen monasterii; l. l. n. 793*.

N. 1363 a Borghesio, *Decad. num.* IX, 3, p. 9, pro genuino habetur; ad quam sententiam proferendam errore vir summus inductus est, quo in via Portuensi monumentum effossum esse credidit. Inventum autem esse dicitur prope *Monteverde* Apuliae, quem locum pro eiusdem nominis loco prope Romam sito habuisse videtur. Ceterum Pratillius et finxit titulum et cum Vulpio, qui primus eum edidit, communicavit; cf. l. l. 198*.

N. 1368, v. 8. ZOTHECIS; v. 5. X N II (?); v. 6. X I. v. 7. IIII . K; NATALI v. ult. MAIIS; Visconti, *Mon. Gab.* p. 121.

N. 1373, v. 4. in. *p*VlCHRI; IXVPERABILE; v. 6. SATRIX. Baiis vel Cumis rep. v. in Museo Borb. Mommsenius, l. l. 2601.

N. 1376, GENETRICI recte Or.

N. 1377, sp. Mommsen, I. N. 112*.

N. 1379, v. 3. extr. cognomen Ulpii deest.

5676. VENE||RI ET TV||TELE VO||TVM — In annulo aureo rep. in oppido *Courvières* prope Lugdunum. Labus, *Marmi Bresc.* p. 6.

5677. VENERI · *e*R*y*CINAE || SACR || OPPIA · N · LIBERTA || RESTITVTA · D · D || FAVSTINO · E*t* · RV*f*INO || *cos*[1]) — Potentiae. Mommsen, I. N. 374.

1) a. 210.

5678. VENERI || VICTRICI · || IN MEMORIAM || ALBVCIAE · C · F || PONTIAE || VXORIS · || M · MARIVS PAV||LVS · L · D · D · D — Salonae, nunc in Mus. Spalatano. Lanza, *lapidi Salon.* n. VI.

5679. VENERI VICTRICI || HYBLENSI || C PVBLIC · DONATVS || D · D — *Paternò* Siciliae. *Nov. lett. Fior.* 1787, p. 260. Litterae initiales ceteris maiores aliquam de sinceritate tituli suspicionem excitare possunt, licet ipsa verba nihil suspecti contineant.

5680. VENERI || VICTRICI || PARTICAE || AVG · SAC || IN · MEMORIAM || ANTONIAE || DEC · F · PAVLAE || DEC · ANTONIVS || PROCVLVS · DECVR || SALON · ET · COPONIA || PARENTES || L · D · D · D — *Danili* prope Iaderam. *Dalmazia* 1847, III, 1.

5681. CALVAE DEAE[1]) || AEDEM OMNI SVA IMPENSA || DONAVIT || M VICTORIVS POLLENTIN ET OB || PERPETVAM TVTELAM EIVSD · AEDIS || DEDIT IIS N C || DEDICATVM III NON OCT || GLABRIONE ET TORQVATO COS[2]) || V S L M — *Pelm* prope *Gerolstein* in Eiflia. Lersch, C. M. III, 9.

1) De Venere Calva editor cogitat, de qua Lactant. I, 20 et Serv. ad Aen. I, 720; cf. Hartung, *Rel. d. Römer* II, p. 251. 2) a. 124.

5682. METHE · COMINIAES · ATELLANA · AMAT · CHRESTVM CORDE *si*T VTREISQVE VENVS · POMPEIANA · PROPITIA SEM*p*E*r* C*o*NCORDES VIVANT — Pompeiis, in pariete domus privatae. Mommsen, *Rhein. Mus.* N. F. Jahrg. V, p. 460.

5683. A · CALVIVS · Q · L || VESTIAR AB LVCO || LVBITINA*e* || Q · VALERI · D · L — Romae, ad portam aedis prope sepulcrum Bibuli. Exscr. mihi I. Friedlaender; ipse vidi.

§. 6. VOLCANVS. STATA MATER. VESTA.

N. 1380, spurius ex Montfauconio, qui eum ex Boissardi Ms. habuit; Mommsen, I. N. 146*.

N. 1382, v. 1. 2. apud Labusium, *M. Bresc.* n. 55, litterae initiales desunt; v. 3. LVCII . VETTI ; v. 4. CHRYSANTVS . FRAT . . ; v. 6. SECVNDI . . . ; v. 7. FIL.

N. 1385, genuinus; v. 3. THIASVS; v. 4. BERVLLVS; v. 5. ANNI . $\overline{\text{V}}$; versus quoque aliter divisi sunt. Mommsen, I. N. 6776.

N. 1386, v. 5. LAELIO; Kellermann apud Or. Anall. epigr. p. 37. Vidi ipse in Mus. Vat.

N. 1391 : cum Mur. 147, 6 Coluccius quoque. *Antich. Ascolane* p. 108 magis conspirat.

5684. M · LOLLIVS ‖ EPINICVS ‖ AED · VOVIT ‖ IIVIR ‖ DEC · DEC ‖ STATAE MATR*i* ‖ DE SVA · PECVN ‖ POSVIT ‖ SACRVM — *Kato-Achaia. Revue Archéol.* I, 5, p. 281; Oleni. Lebas, *Inscriptions grecques et latines* cett. I, n. 363.

5685. STATAE · MATRI SAC ‖ Q · PETRONIVS · Q · L · PANTHEVS ‖ MAG · VICI · ANNI · · · · ‖ GERMANICO · CAESARE ‖ C · VISELLIO · VARRONE COS[1]) — In Marsis(?). *Memorie romane* III, p. 44.

1) a. 12.

5686.	AVGVSTAE	AVG*usto*
	DEAE	D*eo*
	VESTAE	VOL*cano*

Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 12, p. 15.

5687. VESTAE · SACRV*m* ‖ P · TITIVS · L · F ‖ P · CVRTIVS · P · F · SALAS ‖ IIII · VIR · DE · MVNERE ‖ GLADIATORIO[1]) ‖ EX · S · C — Canusii. Mommsen, I. N. 637; Ann. Inst. Arch. 1848, p. 104.

1) cf. *ex ludis*, de qua formula Mommsenius Bull. Inst. 1846, p. 182.

5688. SEVERA · NIGRI · F ‖ VOLCANO · ET · VENTI[1]) ‖ V · S · L · M — Nemausi. Pelet, *Inscr. ant. que renferme le cavaedium de la porte d'Auguste*, n. 10; corr. Bursian, qui vidit.

1) Num VENTI*s*? Pelet legit VENE. In lapide Vulcanus conspicitur et mulier genibus nixa.

5689. IGNIBVS ‖ AETERNIS IVL ‖ PLACIDIANVS ‖ V · C · PRAEF · PRAE‖TORI ‖ EX VOTO POSVIT — *Vif* in Vocontiis. *Mémoires présentés à l'Acad. des belles lettres* II, p. 460.

§. 7. MERCVRIVS.

N. 1397, sine dubio spurius.

N. 1402, v. 1. pro MERCVR scribendum esse MITHR Mommsenius suspicatus est; id quod eo probabilius est, quia litterae tantum dimidiatae conservatae sunt. Accedit, quod in titulo quodam Graeco et ipso Venusiae reperto haec leguntur: Ἡλίῳ Μίϑρᾳ ὑπὲρ σωτηρίας Βριττίου Πραίσεντος Σάγαρις οἰκονόμος. — V. ult. ACT*or* E*ius*. I. N. 700.

N. 1403, v. 1. prima littera nunc deest; v. 2. FRI; v. 3. TVLLIIS . . . ‖ . . TE . . ADREGIAE ‖ . . . . O . . I . . M . . . .; v. Philippi.

N. 1404, v. 8. COIVGE . ET . GEMELLIS; v. 9. dele ET; Labus, *via del Sempione*, tab. I, 1. et p. 9.

N. 1409, init. deest DEO, *Ann. d. V. f. Nassauische Alterth.* I, 16.

N. 1411, 1412, 1413 spurii; cf. Mommsen, I. N. 207*; 479*; 20*. Kellermannus, qui auctoritate motus, qua Lupulus tum habebatur, n. 1411 defendere conatus est, vigiles eorumque praefectum ad alios quosdam milites ad simile munus institutos retulit.

N. 1414, MERCVRIO . RED Grut. 55, 2 male RED*uci* interpretantur, quum sit RED*didit*, sc. *votum*; Labus, *Marmi Bresciani* p. 68, quamquam dubitans, quaenam vera explicatio sit.

N. 1415, recte ROSMERTAE.

N. 1416, nunc Noviomagi in aedd. publ. *Rhein. Jahrbb.* VII, p. 42.

5690. DEO · MERCVRIO · CAM||BO ·[1]) IVSTI · V · S · L · L · M — *Impflingen*, nunc *Manhemii*. Steiner, I. Rh. 181; I. Dan. et Rh. I, 771.

1) Male pro cognomine dei habetur, quamquam ne Hefneri quidem sententia (*R. Baiern* p. 10) laudari potest, qua Iustium nummularium fuisse et hoc officium voce CAMBO indicari proponitur. Mihi nomen barbaricum est hominis, qui votum solvit, servi Iusti illius.

5691. DEO MAGNO MERCVRIO || ADORAVIT · · E · · XIIIVS · · · || LEG II TRAIANE FORT · · · · || NONIS FEBR ANNO XI IMP TRAIANI || SCRIPSIT · · · · Ad *Dakke*, olim Pselcidem, Nubiae, in propylaeo templi. Vidua, Inscr. ant. tab. XIX, 1.

5692. *i*N · H · D · D || DEO · ME||RCVRIO || FELICI||O[1]) SECCI || V · S · L · M — *Oppenheim*, nunc Mogontiaci. Rhein. Jahrbb. III, p. 88, n. 71.

1) *Deum Mercurium Felicem* hic memorari credidit Kleinius, quare sequentem litteram O in Q corrigendam esse proposuit; sed FELICIO nomen est dedicantis, qui SECCI servus erat.

5693. MERC · AVG · SACRVM || GERMANISSA · VISCARI · V · S · L · M — *Bernay* Galliae. Cardinali, *Dipl. mil.* 362.

5694. INSTINCTV MERCVRII POTENTIS THYSDRITANAE COL PRAESIDIS ET CONSERVATORIS NVMINIS dedi n. 5326.

5695. MERCVRIVM · DOMEs||TICVM · C · IVLIVS · SATTO — Castelli, nunc Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 341; I. Dan. et Rh. I, 258.

5696. DEAE · MAIIAE || AEDEM · A · SOLO · FE||CIT · C · ARRIVS · PA||TRVITVS · BF · COS || V · S · L · L · M — Germersheim. Opp. citt. 180 et I, 751, ubi v. ceteros.

5697. MERCVRIO · ET || MAIAE · Q · SEIVS || POSTVMVS || V · S · L · L · M — *Rossberg* in Palatinatu. Steiner, I. Dan. et Rh. I, 803.

§. 8. MINERVA.

N. 1422: De cognominibus virorum mulieribus inditis deque cognominibus nonnunquam praenominum loco positis cf. Labus, *Marmi Bresciani* p. 28.

N. 1429, in fine Ms. Pighianum Berolinense addit: V . F . L . M .

N. 1430, extr. lege PRAESENTE ET EXTRICATO . C, cos. a. 217; not. 1. explica: *centurio . strator . C . I*(ulii) . . . *Egnatiani*. Steiner, I. Rh. 483; I. Dan. et Rh. I, 299.

N. 1431 idem qui 1969.

5698. MINERVAE || T · FLAVIVS · NARCISSV*s* || IMP · CAESARE · · · · · · ·[1]) || XVI || Q · VOLVSIO SATVRNIN*o*[2]) COS — Ara rep. in Via Ardeatina ad D. Caesarei. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 2.

1) *Domitiano*. 2) a. p. Chr. n. 92.

5699. *min*ERVAE · MATVSIAE ·[1]) || *mem*MIVS · CAECILIANVS || *plac*IDVS · COS ·[2]) AVG*ur* || V · S — Nebbiani prope Fabrianum. Bull. Inst. Arch. a. 1850. p. 140.

1) Cognomen a nomine gentis cuiusdam desumptum. 2) Cos. ignotus, distinguendus a cos. anni 343; Borghesi, l. l. p. 142.

§. 9. APOLLO.

N. 1436, v. ult. LVNESIS. Exstat Florentiae, ubi v. Aloisius Ferrucci, ut litteris mecum communicavit C. Cavedonius.

5700. Q · MIN*i*CIVS · Q · F · RVFVS ‖ LEG · APOALINEI · KIVTIO[1]) ‖ MERITO — Delphis. Murat. 23, 9; Lebas, Inscr. Gr. et Lat. I, 891.

1) num KLVTIO = κλυτίῳ? Clytius vatum nomen satis notum, ipsi fortasse Apollini datum. Ceterum Lebasium archetypum minime vidisse mihi quidem persuasum est; cf. *Rhein. Mus.* N. F. VIII, p. 465.

5701. APOLLINI · SILVANO · NYMPHIS · Q · LICINIVS · NEPOS · D D — In vase argenteo, rep. a. 1852 in fonte salutifero Aquarum Apollinarium. Marchi, *la stipe tributata alle divinità delle Acque Apollinari*, tab. III, 3 et 3a; cf. nn. 5200a; 5767.

5702. APOLLINI · ET · NYMPHIS · NITRODIBVS ‖ C · METILIVS · ALCIMVS · V · S · L · A[1]) — In anaglypho Apollinem et Nymphas repraesentante, ex *Ischia* insula in Mus. Borb. allato. Mommsen, I. N. 3513; cf. nostrum n. 5760.

1) *Votum Solvit Libens Animo.*

5703. MONITV APOLLINIS ‖ P METILIVS SECVNDVS ‖ LEG AVG PR PR — Lambaese. *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 110.

§. 10. DIANA.

N. 1448, not. 1. fortasse IVSO pro IVSSV; Cavedonius litteris ad me datis.

N. 1450 = 4712: GRAECEIA . P . F . RVFA . POMPON . DIANAE . LOC . H . S . P . S . C . P . S, fortasse Loco Hoc . *Sibi Permisso Senatus Consulto Pecunia Sua*? Mommsen, I. N. 2589.

N. 1453, v. 3. SACRVM; v. 5. PLARIANVS; nunc in Mus. Vat., ubi vidi; cf. Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 37.

N. 1454, spurius; Mommsen, I. N. 234*.

N. 1455, v. 13. THIONOE. V. ipse in Mus. Cap.

N. 1460, v. 4. FINES . AGRORVM DICATORVM; v. 5. TIFAT; versus aliter distributi. Mommsen, I. N. 3575.

5704. D M ‖ SACRVM ‖ DEANAE · ET · MEMORIAE ‖ AELIAE ‖ PROCVLAE ‖ P · AELIVS · ASCLEPIACVS · AVG · LIB ‖ ET · VLPIA · PRISCILLA · FILIAE ‖ DVLCISSIMAE · FECERVNT — Romae, rep. in vinea quadam prope D. Sebastiani sita, nunc in villa Coelimontana marchionis Campanae; ara magna Dianae imagine insignis. *Antol. Rom.* XX, p. 89. Vidi ipse.

5705. LANAE · [1]) AVG ‖ IN · HONOREM ‖ VIBI · LVCVLI ‖ PATRONI ‖ INDVLGENTISSIM · ‖ L · PAGATVS · [2]) LIBER · V · S · L · M — Aquileiae. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* n. 189 (*Wiener Iahrbb.* 1829 sqq.); Bull. Inst. Arch. 1833, p. 41.

1) corr. DIANAE, Kellerm. Bull. l. l. 2) corr. EPAGATVS; id.

5706. DEAE DEANAE ‖ INVICTAE SANCTAE SAC ‖ L · PETRONIVS · L · F ‖ POMPEIANVS ‖ VETERANVS · LEG · $\overline{\text{VIII}}$ ‖

VIC·[1]) P · F · ĪIVIR ‖ AVGVSTALIS ‖ SIGN · ET · BASIM ‖ VOTO SVSCEPTO ‖ L · M — Romae. Zaccaria, Excurs. litt. I, p. 361.

1) corr. AVG.

5707. DIANAE ‖ TIFATINAE ‖ TRIVIAE ‖ SACRVM — Capuae, basis quattuor lateribus scripta. Gud. 26, 7; corr. Mommsen, I. N. 3576 ex Mss. Gud. 81, 14.

5708. DEANAE CELCE‖ITIDI[1]) FLAVIVS · SI*lvi*‖NVS · POS — Simulacrum Dianae triformis, Cataii in Museo Obitiano, nunc Estensi. Cavedoni, *Indicaz.* p. 113; Furlanetto, *lapidi patavine* n. XVII, p. 18.

1) cf. *ΑΡΤΕΜΙΣ ΚΕΛΚΑΙΑ* Musei Naniani; Paciaudi, Mon. Pelop. I, p. 9; C. I. Gr. 1947.

5709. DIANAE ‖ LATINAE ‖ MICCIVS MVMMIVS[1]) — *Pègue* in Vocontiis. *Mém. présentés à l'acad. des b. l.* II, p. 452.

1) Titulus, si genuinus ac bene exscriptus est, Dianam in Aventino cultam indicat, magnum olim Romanorum et Latinorum numen. *Latonam* commemorari facile aliquis crediderit.

5710. DIANAI · ROTONAI ‖ C · CLAVDIVS ‖ C · F · SER · N · LEM — *Rotavellae* prope *Palombaram.* Riccj, *pago Lemonio*, app. p. 38.

5710a. //ΣOPSTVRIV · · ‖ DEANAE · SYR*iae* ‖ V · S · L · M — Amiterni. Mommsen, I. N. 5763, quem male correxisse affirmat Brunnius, qui lapidem ipse vidit. Deana Syria nova est.

§. 11. DIS s. PLVTO. PROSERPINA. HECATE. DII INFERI. MANES. MVSAE (?)

N. 1468, alterum exemplum rep. Coloniae Agr. a. 1837 v. Lersch, C. M. I, 12.

N. 1474, titulum iisdem verbis conceptum, nominibus tantum mutatis, v. Grut. 97, 6; pro EX . VOTO cet. ibi legitur: V S A L P. De sinceritate utriusque tituli diiudicare non ausim.

N. 1476, corr. Q . VIBVLLI . L . F . Q . N . C . CINCIVS . C . F . FAVL . IIIIVIR . I . D ‖ SIGNVM . PROSERPINAE . REFICIVNDVM . STATVENDVMQVE . ARASQVE ‖ REFICIVNDAS . EX . S . C . CVRARVNT . HS ƆCCↀXX . MAG . FVERE . HELVIA . Q . F . ORBIA . M . F; nunc in Museo Borbonico. Mommsen, I. N. 16.

N. 1477, extr. deest. V . S . L . M. In Museo Lubianensi; *Istria* VI, p. 147.

5711. PLVTONI ET CERERI SAC ‖ Q · N · MARINVS ‖ VOTVM SOL‖VIT LIBENS — Sitifi. Hefner, *R. Inschriften mit Bemerk., Algerien* I (*Abhandl. d. philos. Cl. d. k. Baier. Akad. d. W.* V, 2.)

5712. D M ‖ PRASTINAE · FRONTONIS ‖ SCRIBAE · AEDIL · DIESPITRIS — Sutrio in Mus. Vat. illatus. Mommsen, de apparitoribus p. 43 (*Rh. Mus. N. F.* VI).

5713. MAIORIBVS ‖ SANCTIS · L · NÆ‖VIVS · CAMPANVS ‖ KAST ·[1]) LEG · IIII · FI[2]) ‖ PRO · SALVTE · SVA ‖ SVORVM · V · S · L · M — Budae. Mus. nat. Hung. p. 223, 9.

1) Ante KAST aliquid deesse videtur, ut PRAEF. 2) corr. *Flaviae Felicis.*

§. 12. LIBER. LIBERA. SEMELE.

N. 1482: de falsitate huius tituli mihi minime constat, quum saepe signa deorum aliis diis dedicentur, et litterae D. D. male inter nomen et cognomen mulieris positae archetypum indicare videantur negligentius exscriptum.

N. 1483, merito ab Orellio condemnatur; cf. Mommsen, I. N. 199*. At genuinus est, quem Orellius spurium iudicat: Grut. 66, 9 = Mur. 175 = op. cit. 2477, ut ipsum Flavii Eclectiani nomen satis probat; cf. op. cit. 2478 et 2479.

N. 1484, genuinus est; v. 1. TVLLIVS (?); v. 3. AVG; v. 6. AVRI — III.; v. 7. P. IIS; v. ult. TESTAMENTO. Tonini, *Rimini* p. 331, n. 4 ex Cod. Rigazziano, unciae nota ante III ex Marin. Arv. p. 228 addita; idem, Villanium secutus, Arimini prope aedem D. Columbae eum repertum esse tradit.

N. 1488, genuinus; vidi Romae in porticu aedis S. Mariae transtiberinae, rep. a. 1729 in coemeterio Gordiani ad viam Latinam. V. 4. LIBER ITER BROMIO

N. 1489, genuinus; sed corr. v. 1. DEO PATRI*o*; cf. Mommsen, I. N. 2471.

N. 1491, v. 7. Lersch, C. M. I, 6, edidit PACTA, sed in exemplo, quod eius liberalitati ipse debeo, in margine corr. FACTA.

5714. LIBERO · PATRI · SACR · ‖ L · CAELIVS · SATVRNINVS ‖ L · CAELI · PATHERNoPOLI · 1) ‖ LIB · OB · HONOREM · IIII · ‖ EDILIS · 2) LVDIS · SCAENICIS · D · D — Italicae in Hispania. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 5.

1) corr. PARTHENOPOLI. 2) fortasse EDITIS.

5715. L*i*BERO ‖ PATRI ET C*e*R‖*e*RI · HERCLIA‖*n*VS · ET · CERVABVS ‖ ROMANVS · AVGA ‖ ET · AVR · CRESTRO ‖ POSVERVNT — *Zalathna* in Transilvania. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 184, ex apographo v. cl. Neigebaur, qui num nomina recte legerit, admodum dubito.

5716. ALFINIO FORTVNATO ‖ VISVS DICERE SOMNO ‖ LEIBER PATER BIMA‖TVS 1) IOVIS E FVLMINE ‖ NATVS BASIS HANC NO‖VATIONEM GENIO ‖ DOMVS SACRANDAM ‖ VOTVM DEO DICAPREF ‖ IPSE CASTRIS ADES ERGO CVM PANSCO 2) MEMOR ‖ HOC MVNERE NOSTRO ‖ NATIS SOSPITE MATRE ‖ FACIAS VIDERE ROMAM ‖ DOMNS MVNERE HONO‖RE MACTVM CORONA‖TVMQVE 3) — Lambaese. Descr. quidam Francogallorum eo in exilium missorum, mihique dedit v. cl. A. Noël des Vergers.

1) Num ita dictus pro *bimater*? — Utut est, hoc certe constat, Liberum patrem cum Dionyso Semeles filio plane confundi. 2) De symplegmate agi videtur Bacchi et Panisci, cuius basin Alfinius renovaverat. 3) Nota sollemnem sacrificiorum formulam, in inscriptionibus, ni fallor, nunquam antea repertam. Domini ipse videntur esse Liber pater et Paniscus, quibus munere et honore, i. e. basi renovata et coronata, satis fecerat Alfinius.

§. 13. CERES.

N. 1492, spurius; cf. Borghesi, *Decad. num.* I, 8.

N. 1493, sine dubio spurius, quamquam Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 37. nihil certi affirmare ausus est; v. in Mus. Vat.; *Cererem frugiferam* habes in titulo Grut. 26, 8 in civitate Nepesina adhuc exstante.

N. 1497, spurius; Mommsen, I. N. 738*.

N. 1498: Cumanum esse et Mommsenius I. N. ind. p. 459. docuit et demonstravi ego in *Münch. Gel. Anz.*

5717. CERERI ALVM · 1) OPT · MAX · S — *Voorburgi* Hollandiae, in margine lapidis molaris, *Rhein. Jahrbb.* IX, p. 21.

1) ALVM*nae*.

5718. CERERI ‖ VERT · 1) SAC ‖ BOVIA ‖ MAXIMA ‖ SACERDOS ‖ XVVIRAL 2) ‖ TASAAT — Potentiae. Mommsen, I. N. 375.

1) VERT*umno*. 2) De sacerdotibus quindecimviralibus in cultu M. D. M. et Mithrae obviis cf. nn. 2199. 2328. 2329.

5719. M D M ‖ CERERIAE 1) ‖ V · S · FRVTICIA ‖ THYMELE ‖ M · STATINI · DORI — Ara Venetiis in Mus. Obitianum Cataii translata. Grut. 1010, 2; Mur. 1655, 4; corr. Cavedonius, *Indicaz. del Museo Estense del Catajo* p. 81, et Furlanettus, *lapidi patavine* n. 10; cf. Marin. Arv. p. 248.

1) cf. tit. Aquileiensem Or. 1521: AVGVSTAE . BONAE . DEAE . CERERIE . SACRVM (Bertoli, *AA. d'Aquileja* p. 107, n. 88), quem Maff., A. cr. lap. p. 476, cum hoc nostro ut spurium condemnavit. Marinius l. l. utrumqne genuinum credidit. Titulus Obitianus et ipse ad Aquileiam referendus esse videtur.

§. 14. MATER MATVTA.

N. 1501, priores duos versus lectionis valde incertae esse iam Marinius, Arv. p. 627, declaravit. Illis omissis omnia recte se habent.

§. 15. CAELVS. TERRA. SATVRNVS. OPS.

N. 1503, vidi ipse in Mus. Cap., quapropter de sinceritate eius minime dubitare licet.

N. 1510, v. 1. DEO ALO; v. ult. VALERIVS. Defendit Labusius plurium vv. dd., qui viderunt, auctoritate; M. Bresc. n. 136. De cognomine ante nomen posito cf. ibd. p. 98.

5720. SILVANO ‖ TERRAE M · H 1) ‖ HERCVLI ‖ SACR ‖ PRO · SALVTE ‖ SVA SVA‖RVMQVE 2) ‖ IVLIVS ‖ GAIANVS 3) ‖ L · P — Apuli Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 179.

1) scr. MATRI. 2) scr. SVORVMQVE. 3) Titulum eiusdem hominis ibidem repertum habes l. l.; decurionem coloniae Sarmizegethusensis eum fuisse inde patet.

5721. TERRAE MATRI ‖ ABRACVRAE · 1) MA‖TRI · DEVM · MAG‖NAE · IDEAE ‖ POPILIA · M · FIL ‖ MAXIMA · TAVRO-‖BOLIVM · ARAM ‖ POSVIT · MOVIT ‖ FECIT — *Announah* Africae. Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXII, n. 17; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 168, 9.

1) Cl. AEPECVRAE; Expl. AERECVRAE. Correxit Renier, *Mélanges épigraphiques*, quem librum non vidi. Cf. n. 6042.

5722. TELLVRI · GENETRICI · RESPVBLICA CVICVLITANOR · TEMPLVM FECIT ‖ C · IVLIVS · LEPIDVS · TERTVLLVS · LEG · AVG · PR · PR · 1) DEDICAVIT ‖ SIMVLACRVM · DEAE · ACROLITHVM 2) · TI · IVLIVS · HONORATVS · PONT · FL · P · P · 3) DONO · DEDIT — Cuiculi (*Djimilah*). Clarac, l. l. pl. LXXIII, 18; *Exploration* cet. *Beaux arts* I, pl. 51; *Revue Archéol.* 1849, p. 194. Cf. n. 5344.

1) Legatus leg. III. Aug., cuius imperio provincia Numidia tenebatur. 2) In apographo Grabowii v. cl. a Gerhardo communicato legitur A.ONOLITHVM, i. e. MONOLITHVM. 3) FL*amen* P*er*P*etuus*.

5723. SATVRNO ‖ AVG[1] ‖ T · FL · HONOR‖ATVS SACER‖DOS · · ST · · ‖ · · · · · · · · · PR ‖ · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · ‖ M CONSACRAVIT V S L M — Ibd. Clarac, l. l. pl. LXXI, 1.

1) Saturni cultus in titulis Africanis saepe commemoratur; cf. l. l. nn. 2—5; 7—9; 11; 12.

5724. Homo togatus stans, manum columnae imponens, in qua legitur: SALVV‖M — infra: CASSIA FLAVIA SYRIA MATER ‖ VOTVM SOLVIT SATVRNO REGI QVI ‖ MEO ROC SALVOS[1] — Sitifi. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 81, 1.

1) num MEO*s* RO*go* SALVOS *faciat*?

§. 16. BONA DEA.

N. 1518, not. 1. expl. *Felix . publicus . Asinianus* cet.; cf. nn. 6108. 6109 cet.

N. 1519, spurius; cf. similes *Bonae deae* titulos Mur. 33, 5. 7. 8. Fabr. dedit ex schedis Vaticanis.

5725. C · AVILLIVS · DECEMBER ‖ REDEMPTOR · MARMORARIVS ‖ BONAE · DEAE ‖ CVM · VELLIA · CINNAMIDE · CONT ‖ V · S · L · M ‖ CLAVDIO · AVG · L ‖ PHILADES*p*OTO · SACERDOTE · POSITA ‖ DEDICATA · VI · KAL · NOVEMBRIS ‖ Q · IVNIO · MARVLLO · COS[1] — Neapoli. Gervasio, *Iscr. Nap.* p. 32; Mommsen, I. N. 2588.

1) a. 62; Borghesius apud Gervasium p. 37; cf. Tac. Ann. XIV, 48.

§. 17. HERCVLES.

N. 1532, v. 4. CONSACRAVIT; v. 5. SAMMIVS; Mommsen, I. N. 1084.

N. 1534: quamquam Odericus ipse lapidem vidit, nihilo tamen minus Gruteri lectio VELDVMNIANVS vera est; monumentum ipsum exstat in Vaticano.

N. 1536: COMITI . CVSTODI, susp.; DIVO HERCVLI Labusio, *M. Br.* 103, male lectus esse videtur; PLACIDO, ex Boissardo, i. e. Ligorio; IVLIANO v. n. 1559.

N. 1540, spurius; Mommsen, I. N. 421*.

N. 1541, v. 7. — CORINTHAM; v. 12. K . IVN; v. ult. NON .; v. ipse in Mus. Cap.

N. 1544, spurium censeo, ex Boissardi schedis desumptum.

N. 1549, v. 3. IIII; v. 4. EQVITATAE; v. 5. TRIBVN . . MILITVM . . IS. Vidi ipse in horreis Vaticani Musei.

N. 1551, v. 4. PRAET; cf. Melchiorri, *Saggiatore* ann. III, vol. VI, p. 272; Viola, *Tivoli nel decennio* ecc. p. 279. V. ipse in aedd. publicis Tiburtinis. Expl. PRAET*oriis*. Falsum eius exemplum exstat in Mus. Vat.

N. 1552, spurius; Mommsen, I. N. 119*.

N. 1555, genuinus; vidi in Mus. Cap.

N. 1558: Mommsenio anaglyphum antiquum, inscriptio vero recens incisa esse videbatur; I. N. 958. Ceterum pro M . ANT legit MANI, qua lectione admissa nihil difficultatis mihi quidem videtur remanere, nisi ipsa forma litterarum falsitatem testatur.

N. 1559: de sinceritate tituli non plane mihi constat.

5726. HERCVLI ‖ BARBATO ‖ SACRVM ‖ M · HELLIVS ‖ SECVNDVS ‖ TVBICEN ‖ LEG · X · G · P ‖ F[1] ‖ V · S · L · M — *Brohl* prope Coloniam Agr.; Lersch, C. M. III, n. 141.

1) Legionis X geminae piae fidelis.

5727. HERCVLI · VICTORI ‖ CERTENCINO[1] ‖ M · AVREL · AVG · LIB ‖ ZOTICVS ‖ NOM ·[2] A · CENSIBVS ‖ D · D ‖ GREGORIVS[3] ‖ a latere dextro: DEDICATA ID · IA ‖ IVLIANO II ET · CRISPINo ‖ COS[4] — Tibure. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 14 et 54.

1) Nomen *Certenciini* fortasse de vico desumptum. 2) *Nomenclator.* 3) Nomen posteriore aetate adscriptum. 4) A. 977 = 224.

5728. HERCVLI · GALLICO · V · S · M ‖ *c* · AEMILIVS · C · L · ELEVTHER — Allifis. Mommsen, I. N. 4745. — *Herculem Gallianum* tituli Aesernini v. l. l. 5053.

5729. HERCVLI ‖ MAGVSAN‖*o* · SACRVM ‖ VAL · NIGRI‖NVS DVPLI[1] ‖ ALAE TVN‖GRORVM — *Polmont* Scotiae. Stuart, *Caledonia Romana* pl. XV, fig. 9, p. 351.

1) DVPLI*carius*.

5730. AMICITIAE ‖ HERCVLIS ‖ NERIANI ‖ *i*N · FR · P · C · · — Venafri. Mommsen, I. N. 4610.

5731. HERCVLI ‖ TVTORI ‖ DOMVS ‖ NOVELLIANA — Capuae. Op. cit. 3579.

5732. HERCVLI ET ‖ SILVANO SA*c* ‖ TI · CLAVDIVS ‖ DIADVMENVS ‖ CELLARIVS FE*c* — Romae; vidi in horreis Musei Vaticani.

5733. M · P · VERTVLEIEIS ·[1] C · F · ‖ QVOD · RE · SVA · D*if*EIDENS · ASPER*e* ‖ AFLEICTA — PARENS · TIMENS ‖ HEIC · VOVIT · VOTO · HOC ‖ SOLVTO — *de*CVMA FACTA ‖ POLOVCTA LEIBEREIS · LVBEN‖TES ∸ DONV · DANVNT · ‖ HERCOLEI · MAXSVME ‖ MERETO — SEMOL · TE · ORANT · SE · *v*OTI CREBRO ‖ CONDEMNES — Sorae. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 71; *Rhein. Mus.* 1846, p. 70 sqq.; Mommsen, I. N. 4495. Versus Saturnii interstitiis in ipso lapide indicati.

1) De nominativo plur. decl. 2. cf. quae attuli II. II.

§. 18. CASTOR ET POLLVX.

N. 1565: de eius sinceritate non plane mihi constat.

N. 1567, v. 2. HON . $\overline{\text{III}}$; verba accentibus distincta sunt. Alterum exemplum n. 4235. Vidi in Mus. Vat. — Not. 3. expl. *Frumenti Publici*; cf. Ann. Inst. 1851, p. 160.

5734. CASTORI · ET · POLLVCI ‖ C ATEIVS · PECVLIAR ‖ PP · APOLLIN[1] ‖ EX STIRPE · DVPIA[2] ‖ FACIENDVM · CVRAVIT — In vico *Annecy* vetere prope oppidum *Annecy*. Bertolotti, viaggio in Savoia I, p. 129. [Hic sumpsit ex Beaumontio, de cuius fide ad inscr. Helv. n. 22 monui; titulus hic aut spurius est aut certe interpolatus. Mommsen.]

1) APOLLIN*aris*? Sed quid PP significet, nescio, quum *primipilarem* collegio Apollinarium addictum fuisse vix credam, *praepositum* autem *Apollinarium* legere non ausim, quia praepositi collegiorum non reperiuntur, nisi forte in n. 6476 exemplum eorum habemus. 2) l. *stipe dupla*.

5735. CASTO‖RIBVS ‖ AVG SACR — *Zalathnae* in Transilvania. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 184.

§. 19. AESCVLAPIVS. HYGIEIA.

N. 1573, v. 2. ACTV; v. 3. ISOCHRYSVS; Mommsen, I. N. 6751.

N. 1574, v. 2. dele M; v. in Mus. Vat.

N. 1577, genuinus est; v. 1. AVG; v. 2. PIQVENT; versus aliter divisi. Rep. prope *Pinguente* Istriae, nunc in Mus. Estensi s. Obizziano Cataii. Furlanetto, *lap. pat.* p. 50; Labus, *lap. tergest.* Actt. Acad. Vindob. vol. I, p. 344, n. 13. Quae Or. non intellexit, expl. ADIECT*a* IVNIC*e*; cf. Mar. Arv. 212; Or. 1518.

N. 1580, not. 1. CO*nSularis*; not. 2. nomen *phalangariae* solo titulo Grut. 391, 4 parum accurate a Mazocchio exscripto (cf. ad n. 3454), comprobatur; nescio, num littera P hoc loco pro *Posuit* accipi possit.

5736. CAESIA ‖ T · F ‖ SECVNDA ‖ BOATI[1]) ‖ AESCVLAPIO — Salona in Mus. Spalat. translatus. Lanza, *lapidi Salon.* n. VII.

1) *Boatio* legit deque cognomine Aesculapii ab insula *Bois* deducto agi editor credidit; ego genitivo nomen mariti indicari censeo. *Boatius* quidam est apud Kellerm. Vig. III, 1, 6 et VI, 3, 12.

5737. AESCVLAPIO · SAC ‖ EX · VOTO · SVSCEPTO ‖ MISSI · HONESTA · MISS ‖ EX · COH · III · PR · 7 · GRADIVI ‖ Q · ROSINIVS · Q · FIL· POL ‖ SEVERVS MVTINA ‖ T · POPILIVS · T·F·ANI ‖ BROCCHVS ‖ CAESAR AVG — Romae. Vescovalius misit Borghesio.

5738. DEO · ASCLEPIO ‖ T · IVL · TITI · FILIVS · FABIA ‖ SATVRNINVS · PROCVRATOR ‖ AVGVSTORVM · DONO ‖ DEDIT — Treviris. *Rhein. Jahrbb.* VIII, p. 121.

§. 20. IANVS. PORTVNVS (s. PORTVMNVS.)

N. 1584, recte vv. 3. 4. SER ‖ AETOR; v. 5. TORQ; titulus Salonitanus nunc in aedd. Contarinorum Ateste adservatus genuinus est; v. Furlanettus, *M. d'Este*, p. 1; *Lap. pat.* n. XXIII.

N. 1585: qui Grutero dedit, Metellus imaginem modo monumenti descripsit in aedd. publ. Spoletinorum depictam; cui quae auctoritas sit, nemo non videt.

5739. IANO PATRI AVG · SAC ‖ M · AVRELIVS FELIX ‖ VOTVM SOLVIT ANIMO ‖ S · P · P · D · DEDICAVIT — Dianae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk.*, *Algerien* VI (*Abhandl. d. k. baier. Akad. d. Wiss., phil. Cl.* V, 2).

§. 21. SILVANVS.

N. 1596 = n. 2518.

N. 1599 extr. V . M . L . P; Labus, M. Bresc. p. 75.

N. 1602: v. 2. IV; v. 4. HARMONIANO; Romae, in aedibus Corsettianis.

N. 1603, v. 3. PRAEF; Gough, *Additions to Camden's Britunnia* III, p. 363.

N. 1604, vidit Donius; quapropter genuinum titulum censeo.

N. 1605, suo iure Mommsenius sincerum esse iudicat; I. N. 1393.

N. 1607, v. 1. SILVANO; v. 2. HERCVLI; v. ult. D . D . V. ipse in Mus. Cap.

5740. SILVANO ‖ CAESERIANENSI[1]) ‖ TROPHIMVS ‖ ACT ‖ EX VOTO — Rep. in agro Beneventano ad D. Mariae *a Voto*, nunc in D. Mariae *a Toro*. Garrucci, Mon. Baeb. p. 18; *AA. de' Lig. Beb.* tab. II; Mommsen. I. N. 1394.

1) In tabula alimentaria Baebianorum fundi Caesaris commemorantur, sive *Caesariani*, *Caeseriani*, unde *Caeserianensis*, ut *familia Tironianensis coloni fundi Tironiani* appellantur; cf. n. 7224.

5741. In margine superiore: MANSTON (figura cruci similis) BALESRI ‖ S P · C T 1) — In ipsa basi: VALERIA PROFVTV‖RA · ET MARCVS ‖ ANTONIVS HY‖METVS COM FI‖LIS SVIS DONVM DEDIT SANCTO SIL‖VANO CAMINE‖SI CLODIO ALEXAN‖DRI MANCIPE ‖ CASSIA DEVTERA — Romae in Mus. Cap. Guasco n. 34: v. ipse.

1) Litteras S S interpretare *Sancto Silvano*, vel *Silvano Sacrum*, nominibus Antonii et Valeriae immixtas et maiore tantum figura distinctas; litteras sequentes haud intelligo.

5742. *s*ILVANO ‖ CONSER‖VATOR*i* ‖ FELICISSI‖MVS · ACTO*r* ‖ D D — Sulmone. Mommsen, I. N. 5436.

5743. SILVANO ‖ CVSTODI ‖ PAPIRII — Romae, in villa Giraud; v. Borghesius. Cf. Mur. 69, 9 et Or. 1537.

5744. DIVO ‖ SILVANO ‖ L · ERINACIV*s* ‖ L · LIB ‖ PANTAGATHVS ‖ *v*OT · SOL · LIB · ME — In fundo *il Castellaccio* prope *Fontanellatum* territorii Parmensis. Ronchini, *cenni intorno ad un' antica iscrizione* cet. *Parmae*, 1842, 8.

5745. DIVO · SYLVANO ‖ PORTAE ROMANAE 1) — Venafri. Mommsen, I. N. 753*.

1) Titulum spurium Borghesius (l. l.) iudicat, quia Silvanus *deus*, non divus est; sed cf. tit. praecedentem.

5746. SILVANO ‖ DOMESTICO ‖ SACRVM — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 178; cf. Or. 1601; 4960.

5747. SILVA‖NO · ERBA‖RIO · SEP‖TIMIA ‖ CONSTA‖NTINA ‖ V · S · L · M — Budae. Labus, M. Bresc. p. 75, 1.

5748. SILVANO FLAVIORVM ‖ CASSIANVS · T · FLAVI · AVG · ‖ LIB · CELADI · LIBERTVS · FECIT · VNA ‖ CVM FLAVIS CASSIANO · ET · ‖ AMANDO · FILIS · INCHOATA ‖ ANTONINO · AVG · PIO · P · P ‖ DEDICATA · XV · K · APRIL ‖ SCIPIONE · ORPHITO · ET ‖ SOSIO · PRISCO · COS 1) — Romae, in Mus. Cap. Guasco n. 33; Fabr. 473, XXIII; vidi ipse.

1) a. 902 = 149.

5749. SILVANO · I*nvicto* ‖ Q · CORNELIVS ‖ GENITIVOS ‖ DECVRIO · EX · SING 1) ‖ V · L · M ‖ II · SILANIS COS 2) — Budae. Labus, M. Bresc. p. 75, 2.

1) EX . SING*ulari*; minus recte Labus EX *equite* SING*ulari*. 2) Iunius Silanus et Q. Servilius Silanus cos. a. 189.

5750. SANCTO ‖ SILVANO ‖ RESTITVTORI ‖ VALERI ‖ EVPHRANIDES ‖ ET · PERGAMVS ‖ VILICI ‖ D · D — Romae. Amatius cum Borghesio communicavit.

5751. *silvano sancto sa*CRVM ‖ ATHE*nio se*XTI LATERANI ‖ LIB · ET · EVTYCHES · DISP ‖ MAGNE · DEVS · SILVANE ·

POTENS ‖ SANCTISSIME · PASTOR · QVI · NEMVS ‖ IDAEVM · ROMANAQVE · CASTRA ‖ GVBERNAS · MELLEA · QVOD · DOCILIS · IVNCTAST · TIBI · FISTVLA · CERA ‖ NAMQVE · PROCVL · CERTE · VICINVS ‖ IVNGITVR · AMNIS · LABITVR ‖ VNDA · LEVI · PER · ROSCIDA · PRATA ‖ TIRINVS · GVRGITE · NON · ALTO · NITIDIS · ARGENTI‖EVS · VNDIS · ET · TENERAM · AB · RADICE · FERENS · SILVANE ‖ CVPRESSVM · ADSIS · HVC · MIHI · SANCTE · FAVENS ‖ NVMENQ · REPORTES · QVOD · TIBI · PRO · MERITIS · SIMVLACRVM ‖ ARAMQ · DICAVI · HAEC · EGO · QVAE · FECI · DOMINORVM ‖ CAVSA · SALVTIS · ET · MEA · PROQVE · MEIS · ORANS ‖ VITAMQ · BENIGNAM · OFFICIVMQVE · GERENS · FAVTOR · TV ‖ DEXTER · ADESTO · DVM · TIBI · QVAE · REFERO · QVAEQ · ARIS ‖ INCLVTE · REDDO · EX · VOTO · MERITOQVE · LIBENS · MEA ‖ DICTA · RESOLVO · ILLE · EGO · QVI · INSERVI · NOMEN · IN ‖ ARA · MEVM · NVNC · VOS · O · LAETI · BENE · GESTIS ‖ CORPORA · REBVS · PROCVRATE · VIRI · ET · SEMPER ‖ SPERATE · FVTVRVM ‖ ❦ D ❦ D ❦ — In valle *Tritani*, olim Tirini fl., sub castro *Capistrani.* Marini, *Papiri* p. 332 ex apographo *de Costanzo* abbatis; eum secutus est Mommsen, I. N. 6016; Annal. Inst. Arch. 1834, p. 156, ex exemplo Carlii; Liberatore, *Opusc.* I, p. 112. Nuper tamen vidit et correxit Brunnius. Parva est columna, cuius in latere dextro: SILVA‖NO ‖ ET AVGVRINo ‖ COS ‖ XVI · K · APRIL legitur. Consules sunt anni 156.

5752. SANCTO ‖ SILVANO VO‖TVM EX VISO ‖ OB LIBERTATEM ‖ SEX · ATTIVS DIO‖NYSIVS SIG · CVM ‖ BASE D · P[1]) — In altari oratorii S. Ioannis *dell' acqua* in montibus Simbruinis, prope Sublaqueum. *De Costanzo*, *S. Rufino*, app. n. 141.

1) De *Peculio*, sc. *servili*, ut n. 4416 *de peculio*, sc. *militari*, vel *de proprio*, ut vult Borghesius apud Furlanettum, *Lap. pat.* p. 135.

5753. SILVANO SILVESTRI ‖ T · C · MAG‖O EX VOTO ‖ S · L · M — *Alcsuth*, in comitatu *Stuhlweissenburg.* Schmidl, *Oesterr. Blätter* 1846, p. 382.

5754. SILVANO · TETEO · [1]) SERVS · FITACIT · [2]) EX · VOTO · R [3]) — In quinque anaglyphis in civitatibus *Ruppertsberg* et *Rheinzabern* repertis, quibus eques repraesentatur armatus monstrum marinum aggrediens. *Rhein. Jahrbb.* II. p. 121, 122. [Cavendum est cum emptoribus tum antiquariis, ne decipiuntur promercalibus his figlinis Tabernarum Rhenanarum. MOMMSEN.]

1) TETTO in duobus ex quinque exemplis. 2) bis FITAGITI. — Ceterum dubito, num re vera TETTVS vel TETEVS dei, an dedicantis potius nomen sit: TETEO (vel TETTO) SERvVS FITACITi (vel FITAGITI) domini. De titulis votivis pluries repetitis cf. Lersch l. l. 3) *Restituit* ?

§. 22. VERTVMNVS. FLORA. POMONA. PRIAPVS.

N. 1619, v. 2. SALASSVS; Mommsen, I. N. 686; cf. 687; Ann. Inst. Arch. 1848, p. 104, 3.

N. 1621, v. 2. CVRVLL sic.; Mommsen, I N. 122; Garrucci, *Iscr. di Salerno* n. 2.
N. 1626, spurius; I. N. 818*.

5755. . . . . ‖ . . . . ANVS ‖ . . . *pollucis et* CASTORIS DECVRIO ‖ . . . . . . INIANAE ‖ . . . . PHOR · FABER · ARG ‖ *vo*RTVMNVM ‖ . . . . . IXIT · CVM · SVIS ‖ A ‖ . . . . EROS · F — Romae. Sarti et Settele, ad Dionysii opus de Vaticanis cryptis appendix, Romae, 1840, p. 62, tab. IX, 2.

5756. PRIAPO ‖ L · ARPINVS · L · F ‖ V · S · L · M — Albae Iuliae. Vernazza, Inscr. Alb. p. 70. [Hic quoque liber caute adhibendus est; fraudes videntur editori imposuisse. Mommsen.]

5756a. CVSTOS · SEPVLCHRI · PENE · DESTRICTO · DEVS ‖ PRIAPVS · EGO · SVM · MORTIS · ET · VITAI · LOCVS — Romae, rep. in sepulcro prope portam Latinam. Iahn, Specimen p. 27. n. 28; cf. p. 63 sqq. et Or. 1624.

5757. TI · CLAVDIO · NER · P · QVINTILIO ‖ VARO COS[1] ‖ L · OCTAVIVS · CHARITO · OPERIS (sic) ‖ FACIVNDO · PRAEFVIT · ET · PARIETEM ‖ SVPRA · ARCVS · DE · SVO · FECIT · ‖ SIGNV*m* ΛIBERI · ET · PRIAPISCI ‖ *pos*VIT — Telesiae, nunc *Solopacae* in hortis *Gugliae*. Mommsen, I. N. 4834.

1) A. 741 = 13 a. Chr. Est Ti. Caesar, qui postea imperavit.

§. 23. NYMPHAE. AQVAE. FONTES. FLVMINA. LACVS.

N. 1627: de Brittonibus et Britannis cf. Cardinali, *Dipl. VI*, et Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 315.

N. 1629: num PVB?

N. 1630: titulus, quem solis schedis Boissardi deberi credo, mihi suspectus est.

N. 1632: haud dubie genuinus; pro GRAECIVS, GRAECII l. C. RAECIVS, C. RAECII; cf. Furlanetto, *lap. pat.* p. 301, qui laudat Guarnieri Ottoni, *diss. epist.* p. 4. Ceterum ex *Arbe* insula maris Hadriatici lapis allatus est. Consul est Ti. Claudius Pompeianus gener M. Aurelii Aug., cos. cum Claudio Severo a. 173.

N. 1633: mihi quidem suspectus tum propter duo liberti cognomina et Corneliam, collibertam liberti Augusti, i. e. Augusti libertam, tum quia ex diario Gallettii titulus desumptus est, in quo multae inscriptiones falsae leguntur.

N. 1635: v. 5. in archetypo re vera IIIVIVM legitur, quod quin recte Marinius interpretatus sit, nihil dubium. In versu priore partis secundae legebatur olim: SALVTARIS REXTARAVIT, cuius vestigia satis clara adhuc apparent. V. ipse in Mus. Cap.

N. 1637: v. 4. pro littera C lege C. I, *clarissimus iuvenis*; vidit Furlanettus. Cf. Borghesi, in epistola ad Ortium data, edita in huius *Monumento antico che trovasi nella terra delle Stelle presso Verona*, p. 65.

N. 1638: nescio, quam ob caussam Orellius hunc titulum pro spurio habuerit.

N. 1639: Borghetti, non Aquilae: Mommsen, I. N. 5728.

N. 1647: suo iure Mommsenius, I. N. 2445, meliorem auctoritatem hunc titulum desiderare dicit, quam Summonti et Capaccii, quum, si qui alius, facile fingi potuerit. Quamquam nuper nummus Neapolitanus repertus est, in quo nomen eiusdem fluminis legitur (*Bull. Napol. nuova serie*, 1852, p. 17, tab. IV).

N. 1648: spurius; Mommsen, I. N. 230*, ex Pratillio, p. 465.

N. 1652: Labus, *Marmi Bresciani* n. 130, in extremo titulo legendum proposuit: Q. SAMICIVS. SV*ccessu*S. ITER*um*, ita ut Successus servus votum quidem solverit, libertus autem iterum solverit.

N. 1653; v. 1. L pro M; v. 2. VEREDIVS. Mommsen, I. N. 5481 ex Chaupy, *Maison d'Horace* III, p. 235, et schedis Avezzanensibus.

5758. Q · HORTENSIVS · HYMNVS · NYMPHIS || DIVINIS · V · S · 1) COMPOTE · FACTVS || L · A · 2) ET · CASCELLIA · || ARETHVSA || PERMISSV · TI · LATINI · PANDVSAE — Rep. Sutrii 1767, inde Romam allatus. Ephem. litt. Flor. 1769, p. 246.

1) *V*oti *S*ui. 2) *L*ibens *A*nimo.

5758a. NVMINI · AQVAE || ALEXANDRIANAE 1) || HANC · ARAM · NYMPHIS · EXTRVXI || NOMINE · LAETVS || CVM · GEREREM · FASCES · 2) PATRIAE || RVMORE · SECVNDO || PLVS · TAMEN · EST · MIHI · GRATVS || HONOS · QVOD · FASCIBVS · ANNVS || IS · NOSTRI · DATVS · EST · QVOD · SANC||TO · NOMINE · DIVES || LAMBAESEM · LARGO · PERFV||DIT · FLVMINE · NYMPHA — Lambaese, in nymphaeo. Renier, *premier rapport etc.* (*extrait des archives des missions scientifiques* 1853), p. 9.

1) In litura repositum. 2) Nota fasces magistratus municipalis.

5759. NYMPHIS GEMINIS SACRVM || C · FVFIVS GEMINI L || POLITICVS || IDEM AQVAM PERDVXIT — Firmi. Colucci, Antiqq. Picen. II, p. 160.

5760. · · · VIVS LEÍTVS NYMPHIS NITRÓDIS || VÓT · SOL · L · ANI 1) — Ex insula Ischia in R. Mus. Neap. allatus. Mommsen, I. N. 3514, ubi v. ceteros; cf. n. 5702.

1) L*ibens* ANI*mo*.

5761. NIMPHIS · AVG || PERCERNIBVS || T · GENGETIVS || DIONYSIVS || EX VOTO — Vasione. Bréton, *Ville de Vaison* p. 15.

5762. L · RANTIVS · L · F · TRO · LYMPHIEIS — *ΛΕΥΚΙΟΣ ΡΑΝΤΙΟΣ ΛΕΥΚΙΟΥ* || *ΥΙΟΣ ΝΥΜΦΑΙΣ* — In anaglypho ex insula Ischia in R. Mus. Neap. allato. V. Mommsen, I. N. 5323.

5763. LYMPH · VIRIB || Q · VIBIVS · SERENVS || V · S — *Villincino* in provincia Mediolanensi. Férussac, *Bull. des sciences* 1831, 17, p. 363.

5764. C · ACVLENVS · Q · F DE · · || C · TEVCIDIVS · N · F · LIL · · || IIII · VIR || AQVAM · VENTINAM · EX · S · C || CLVDENDAM · CELLASQ · FONTIS || ET · VENTINAE · ET VIRIVM · || FACIENDAS · CONCAMERAND || CVRARVNT · PROBARVNT || DEDICARVNTQVE — Pinnae in Vestinis. Mur. 468, 4; corr. Mommsen, I. N. 6112, qui vidit.

5765. NYMPHIS || ET || FONTIBVS || LEG · XX · || V · V 1) — *Great Broughton* in Britannia (*Chestershire*). Férussac, *Bull. des sciences* 1824, I. p. 52.

1) LEG*ionem* XX *V*a*leriam* *V*i*ctricem* constat in Britannia castra habuisse.

5766. FONTIBVS || DIVINIS 1) || SACR || M · ANTONIVS || SP · F · STEPHON || V · S · L · M — „*In Valcamonica alla chiesa di S. Michele nella parrocchia di Berzo*". Labus, *M. Bresc.* n. 128; Grut. 1072, 7.

1) cf. FONTI . DIVINO Grut. 94, 6.

5767. APOLLINI · ET · NYMPHIS · DOMITIANIS ❦ ‖ Q · CASSIVS · IANVARIVS · D D ❦ — In vase argenteo rep. 1852 in ipsis aquis Apollinaribus; cf. n. 5210. Marchi, *la stipe tributata alle divinità delle Acque Apollinari*, tab. II, n. 2 et 2a.

§. 24. LARES. PENATES.

N. 1662: HA explica *Herculaneus Augustalis*; cf. 2679. 3933. 3934.

N. 1664: v. 1. COMPITALIBVS; v. Iulius Friedlaender v. c. in Mus. Casselensi.

N. 1665, cf. n. 5631.

N. 1668: v. 1. VOLCANO male antepositum; v. 3. DIVI . F male additum, quum in lapide IMP . CAESAR . AVGVSTVS legatur. Exstat in R. Mus. Neap., ubi v. Mommsen, I. N. 6764.

N. 1670: spurius; cf. Mommsen, I. N. 382* et Borghesi, Giorn. Arcad. 1832, LIV, p. 66 sq.

N. 1673: ex Civitate Plebis in Mus. Oddi allatus.

N. 1675 extr.: SAC . SNC . D; Gough, *Camden's Britannia* III, p. 302; num K . AVG?

5768. L · MINICIO · PAVLLINO ‖ M · PAPVLEIO · LATRONE · Q · [1] ‖ LAR · PVB · REPOSITI — Bononiae. Schiassi, *Guida al Mus. di Bologna*, p. 23.

1) *Quaestoribus*.

5769. *diis* · *p*ENATIBVS · SACRARIVM ‖ · · ANVS · PONTIF · MIN · [1] PATRO*n* · · ‖ · · · T · REIQ · PVBLICAE · DO · · · — Praeneste. Petrini, Memorie I, 34.

1) MIN*or*.

5770. DRACO · MAG · AEDICVLAM ‖ SIGILLA · ORNAMENTAQVE · OMNIA ‖ LAR · FAM · [1] D · S · P · F · C · E*i*DEMQVE · DEDICAVIT — Anxani. Mommsen, I. N. 5289.

1) LAR*ibus* FAM*iliaribus*.

5770a. C · SALVIVS ‖ EVTYCHVS ‖ LAR · CAS [1] ‖ OB REDIT ‖ RECTINAE NEP ‖ V · *s* — Larini. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 25, n. 37.

1) LAR*ibus* CAS*anicis*; cf. 1600.

§. 25. GENII.

N. 1682: v. 5. C . IVL; v. ult. D . D . DE‖DIC . XIV . K . FEBR . ‖ M . CIVICA . BARBARO . M . ‖ METILIO . REGVLO . COS; Fea, *Fasti* 33. Cos a. 910=157.

N. 1691: v. 3. fortasse EX . ARG . P*(ondo)* V. P*(ecunia)* S*(ua)* P*(osuit)*.

N. 1692: v. 2. NEVIOD, fortasse errore eius, qui exscripsit; v. 4. INGENVS (?) BF . COS. *Istria* VI, p. 152, ubi versus aliter divisi sunt.

N. 1693: v. 2. BENEVENTAN; v. 3. SEPPIA; Mommsen, I. N. 1404.

N. 1694: quos pro duumviris Puteolanis Orellius habuit, Venuleius Apronianus et Sergius Paullus consules iterum erant anno 921 = 168; cf. Marini, A. A. p. 196. Ceterum Vignolius, qui aeri incisum titulum edidit, dedicationem omisit, quam errore a Como, qui Muratorio inscriptionem suppeditavit, adiunctam esse Gervasius suspicatus est; cf. *Iscriz. de' Luccei* p. 30, 2; Mommsen, I. N. 2466.

N. 1695, 2: intellige: OB H*onorem* M*agisterii* M*ercurialium*; cf. Borghesi, Bull. Inst. Arch. 1842, p. 101.

N. 1699 = 3458: titulus in litura repositus, ita tamen ut paucissima tantum vestigia litterarum deletarum appareant; v. 7. VALEREI . . . . . ET DALMATEVS; v. 8. *Fece*RVNT. Vidi in Museo Capitol.

N. 1709, rectius legitur ad n. 929, ubi vide; melius vero hic explicatur, nisi quod *beneficiarius consularis* intelligendus est.

N. 1710, v. 3: ARIMINES; Tonini, *Rimini* p. 292; cf. n. 7187.

N. 1711, v. 2: FAMILIAE; v. ult. DISP . D . D; v. ipse in Mus. Vat.; cf. Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 38.

N. 1712 = n. 49, ubi vide.

N. 1716, mihi suspectus.

N. 1719, genuinus; v. 1. DOMINOR; v. ult. adiungendus: TESTAMENTO . EX . HS . ∞ ∞. Ceterum ex Dalmatia marmor allatum est; cf. Furlanetto, *lap. pat.* p. 32, et Borghesi apud eundem p. 516; Labus, *M. Bresc.* p. 94.

N. 1726, v. 3. RELIQVIAE . ANNO||RVM . XVIIII . CONSECRATAE cet.; v. ipse in Museo Capitolino.

N. 1727, v. 3. corr. T . FLAVII; Borghesi, Ann. Inst. 1846, p. 324.

N. 1729, v. 1. DIGINIBVS; Lersch, C. M. I, 27.

5771. GENIO || ANIGEMIO || CVLTORES || EIVS || V · S · L · M — Celeiae. Seidl, *Epigr. Excurs.* IV, p. 31, n. 24; *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Iahrbb.* 1829 sqq.), n. 280; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 45.

5772. DEOS CVRIALES[1]) || GENIVM · TI · CLAVDI || CAISARIS · AVGVSTI || P P ·[2]) CVRIAE · ASERNIAE || A · AVILLIVS · ACANTHVS · DICTATOR || M · IVNIVS · EVTICHVS · DE · SVO POSVER — ES[3]) — Caere Centumcellas translatus. Vidi ipse. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 266.

1) cf. βουλαίους θεοὺς tituli Graeci (Ann. Inst. 1852, p. 194), et *deum scholarum* inscriptionis n. 5786. Sunt *dii curiae* vel *curiae conservatores*. 2) *Patris Patriae*; cf. Bull. Inst. 1849, p. 92; nam minus recte in Annall. l. l. notam interpretatus eram. 3) Litteras ES coniunge cum DICTATOR versus praecedentis. Quum Avillius dictator anni prioris antea solus in monumento legeretur, successor suum quoque nomen in eo exarandum curavit; id quod ipso nomine in litura reposito litterarumque vestigiis supra versum reliquis satis evincitur.

5773. I · O · M · || ET · SOLI · DIVINO || ET · GENIO || VENALICI[1]) || Q · IVLIVS · MAXIMI || LIB · FELIX · || CVM · IVLIA || Q · F · ROMANA || CONIVGE · LIBENS · ANIM || VOT · SOLVIT || IMP · · · · · · CAESAR · AVG GER XII || SER · CORNELIO · DOLABELLA · COS[2]) — Romae, in Mus. Cap., ubi vidi. Grut. 5, 2; Guasco n. 6.

1) cf. 1947 et 1683. 2) a. 839 = 86; Domitiani nomen erasum est.

5774. GENIVS || POPVLI || ROMANI — Litteris quinti circiter saeculi legitur in saxo pavimento, ut videtur, olim inserto, anno 1853 ad sacram viam inter basilicam Iuliam et clivum Capitolinum effosso. Per longitudinem lapidis iisdem plane litteris inter duas phallorum figuras haec scripta sunt: ORFITE || CINEDE QVI || *b*IS PROMISITI (sic) PEDI||CARE ET NON BITIDARE[1]) — Exscr. ipse cum amicis de Rossi et Brunn.

1) Inscriptio ab homine quodam otioso in pavimento exarata (eiusmodi sive figurae sive litterae passim in basilica Iulia inveniuntur) ad genium populi Romani aureum

alludere videtur, quem Aurelianum in rostris posuisse scimus (Catal. imp. Rom. Vienn. apud Roncalli II, p. 246). — BITIDARE recte Bethmannus corrupte dictum esse coniecit pro *vis te dare*.

5775. GENIO · COLONIAE ‖ OSTIENSIVM ‖ M · CORNELIVS ‖ EPAGATHVS · CVRAT ‖ AVGVSTAL · ARGEN P X D D ‖ OB DEDICATIONE · EIVS ‖ VIRITIM · DEDIT · ✕ I · N ‖ IDIB · DEC · STLOGA · ET · SEVERO CoS[1]) — Romae, in Mus. Vat. Marini, I. A. p. 57, male; melius Fea, *Fasti* n. 28. Ipse correxi.

1) A. 894 = 141.

5776. *genio* · MVNIC*ipii* ‖ *s*AEPINATIVM ‖ *c* · NERATIVS · C · L ‖ EPINICVS · OB · ‖ HONOR · AVGVST ‖ S · P · F · C ‖ *e*T · OB · DEDICATIO*nem* ‖ EIVS · DECVRION*i*‖BVS · SING · HS · VI ‖ AVGVSTALIB · HS IIII ‖ PLEBI · VIRITIM · HS II ‖ DEDIT — Altiliae. Mommsen, I. N. 4918.

5777. GENIO ‖ DECVRION ‖ ET POPVLI ‖ T · POLLIONIV*s* ‖ T · F · LAETITIA ‖ *ex a*V*r*I LIBRA ‖ IN AVGVRAT*u* ‖ GRATV*it* · SIB*i* ‖ DEL*ato cu*M · LIB ‖ *et* FAMIL PVB — Brundisii. Op. cit. 450; Nov. Fior. 1784, p. 390.

5778. GEN · POP · PAG · IV[1]) ‖ BENEMER ‖ Q · PVB · ABASCANT*us* — Inzini agri Brixiani rep., nunc in Mus. publ. Brixiano. Labus, *M. Bresc.* n. 152.

1) GEN*io* POP*uli* PAG*orum quattuor*, Labus.

5779. GENIO ‖ CANDIDAT ‖ VEN · VICT ·[1]) ‖ DAPHNVS ‖ COL · SAV ·[2]) VI ‖ KAL · SEPTIMS ‖ NI · SAC ·[2]) P · AEL ‖ SABINIANO — *Szomlalhely* (Sabariae). Férussac, *Bull. des sciences* 1827, 1, p. 239.

1) CANDIDAT*orum*, VEN*eri* VICT*rici*. 2) COL*oniae* SAV*ariae*, sc. servus. 2) SAC*erdote*, nisi in litteris corruptis, quae praecedunt, M*agistrum* SAC*rorum* inesse mavis.

5780. GENIO · COM‖MERCI · ET · NE‖GOTIANTIVM ‖ PRIMITIVS[1]) ‖ IVLI · PROC · L · I · IxƆ ‖ COND · VIII ·[2]) SER ‖ VIL · XX — Szöny. Mus. nat. Hung. p. 227, 14.

1) l. Primitivus. 2) l. PROC*u*Li . *ex* (?) COND*uctore*. Sed quid in numero VIII lateat, mihi non liquet.

5781. IDVS OCTOB GIINIO ‖ HOR N BRITTONVM[1]) ‖ A · IBLIOMARIVS · OPPI‖VS POSITTVM[2]) QVINTA‖NIISIS[3]) POSIT VII · · ·[4]) — *Neuwied*. Steiner, I. Rh. 756; corr. I. Dan. et Rh. 949, ubi Lerschium C. M. III, 101 sequitur, cuius lectionem ego quoque recepi.

1) De his viri docti plane hariolantur, quamquam veram explicationem Borghesius iam proposuit (Ann. 1839, p. 138): GENIO HOR*reorum* N*umeri* BRITTONVM; cf. Grut. 75, 1; 109, 6; 7. 2) In his litteris fortasse minus accurate exscriptis nomen patriae Ibliomarii, vel agnomen quoddam ipsius inesse videtur. 3) Miles legionis quintae? 4) l. *posuit* . . . . — St. et L. legendum esse credunt v. 4. *pos*(u)*it, tum quintanesis*, i. e. qui eo tempore quintanensis erat; deinde: *positum*. Sed illud quidem inscriptionum indoli omnino adversatur.

5782. GENIO ‖ TABVLARI ‖ I · B ·[1]) A · VIB ‖ MERCVRI‖ALS ·

LBRA || V · S · L L M — Ibd. Steiner, I. Rh. 758; I. Dan. et Rh. 946; Lersch, C. M. III, 102.

1) LB*rariorum*; Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 132.

6282. D · M ‖ ONESIMVS · CAE 1) ‖ VILIC · THERMAR ‖ BYBLIOTHEC · GRA 2) ‖ CRESCENTI · ALV‖MNO · SVO · VIX ‖ ANN · VIIII · MES · I ‖ B · M · FECIT — Romae. Nov. litt. Flor. 1786, p. 386.

1) CAE*saris*. 2) GRA*ecae*.

6283. D · M · S ‖ PETRONIAE · OCTA‖VIAE · FAMILIA · VRBANA ‖ B · M · F — Luceriae. Mommsen, I. N. 999.

6284. PETRONIA · T · L · ‖ PRIMA · POLLVCIS · ACTARII ‖ CVM · QVO · VIX ‖ ANN · XXXI ‖ CANINIA · L · L · IVCVNDA ‖ POLLVCIS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

6285. APONIAE · SVCCESSAE · ‖ Á · TVTVL · ORNATR1) ‖ C · BATONIVS · EPIGONVS ‖ ATRIENSIS — TI · LAIVS · PARATVS ‖ Á · CORINTHIS — BLICIO · ABORTEN‖NIO · TRICLINIARCH · ‖ NYMPHE · HAVE · HEL‖VIVS · AVG · LECTICAR — Olim Romae (Grut. 579, 5—7), nunc in R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 6841.

1) i. e. *ornatrix a tutulis.*

6286. CN · DOMITIVS · CN · L · AGATHANGEL ‖ SVPRA · BVBAL ‖ IONE · DOMITIAE · BIBVLI ‖ TONSTRIX · GRATIAE · FIL ‖ OLL · D · D — Romae. Doni, cl. VII, n. 295; Mur. 930, 1; cf. Borghesi, *Decad.* XII, 3, p. 17. Sine caussa de hoc titulo dubitat Iahn, Specimen p. 90; similia enim non finguntur.

6287. D · M ‖ ZENAE · BEBI‖AE · CORNELIAE ‖ CELLARIO ‖ IVLIA · EPICHARIS ‖ CONIVGI ‖ B M — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 313, n. 28.

6288. PHILETVS · LIVIAE · AMARYLL'D · D*ISP* · ‖ *E*VTACTVS · TEIDIAE · AVGES · D*ISP* · ‖ HILARVS · P · TETTI · TONTIANI · D*ISP* · ‖ *A*VTOLYTVS · M · FABI · DISP · — ab altero latere: HILARVS · P · TETTI · TONTIANI · DISP · ‖ EVTACTVS · TEIDIAE · AVGES · DISP · ‖ PHILETVS · LIVIAE ‖ AMARYLL'D · DISP · — a tertio latere: . . . . *T*EIDIAE AVGES DIS ‖ . . . . . . MARYLL'D DIS ‖ . . . . ONTIANI DIS ‖ . . . . *FAB*I DISP ‖ . . . . *I*DIMENS XV ‖ . . . . AVGVSTIS ‖ *haterio agrippa sul*PICIO GALBA COS[1]) — Romae, rep. in foro boario. Fabr. 294, n. 242; cf. Fea, *Fasti* p. 43, n. 15. V. nuper de Rossi v. c. in villa quondam Gangalandi, nunc della Porta in Via Salaria; Ann. Inst. Arch. 1854, p. 31. Quae litteris inclinatis expressi, hodie deperdita sunt.

1) a. *775* = 22.

6289. DIS · MANIBVS ‖ VOLVSIAE OLYMPIADIS ‖ M · LICINIVS · EVTYCHVS ‖ QVI · DISPENSAVIT ‖ VOLVSIO · TORQVATO ‖ LVCI · FILIO ‖ CONIVGI · SANCTISSIMAE ‖ FECIT · ET · SIBI — Romae, in sepulcro Volusiorum rep. Card. *Dipl.* n. 274; Giorn. Arcad. 1831, p. 280.

6290. THALAMVS ‖ M · FVRI ‖ CAMILLI · AB ‖ HORR[1]) — Romae. Iahn, Spec. p. 50, n. 13.

1) AB HORR*eis*.

6291. MA · · · · M ‖ PRIMIGENIVS · L · VOLVSI ‖ SATVRNINI · SER · AB · HOSPITIIS · ET ‖ PAEDAGOG · PVEROR · CHARIDI · CONT · S · B · M ‖ T · IVLIVS · ANTIGONVS · GENER · EIVS ‖ SPVRINNAE · NICENI · TORQVATIANAE ‖ NVTRICI · SVAE BENE · MERENTI ‖ SANCTAE · PIAE · AMANTISSIMAE ‖ FECERVNT · SIBI · ET · SVIS · POSTERISQ · EOR — Romae, in eodem sepulcro quo n. 6289. Card. *Dipl.* n. 522.

6292. IN · FR · P · VIII ‖ M · HORDIONIVS · PHILARGVRVS ‖ V LABEO · LANTERNARIVS ‖ V FLAVIAI · C · L · PHILVMINAI · VXORI ‖ ET SVIS ‖ IN · AG · P · VIII — Capuae. Mommsen, I. N. 3740, ubi v. ceteros.

6293. C · GARGILIVS · HAEMON · PROCVLI ‖ PHILAGRI · DIVI · AVG · L · AGRIPPIAN · F ‖ PAEDAGOGVS · IDEM · L[1]) ‖ PIVS · ET · SANCTVS ‖ VIXI QVAM · DIV POTVI SINE LITE ‖ SINE · RIXA · SINE · CONTROVERSIA ‖ SINE · AERE · ALIENO · AMICIS · FIDEM ‖ BONAM · PRAESTITI · PECVLIO ‖ PAVPER · ANIMO · DIVITISSIMVS ‖ BENE · VALEAT · IS · QVI · HOC · TITVLVM ‖ PERLEGIT MEVM — Romae, in columbario prope S. Agnetis extra muros rep. Cardinali, *Dipl.* 24; *Giorn. Arc.* XIII, 1822, p. 116.

1) Fuit igitur Gargilius paedagogus Proculi, qui filius erat Philagri, liberti Divi Augusti, Agrippae antea servi. Ipse autem libertus quidem erat, sed Gargilii cuiusdam; nam si Proculi libertus fuisset, Iulio ei nomen foret. [At diserte titulus Gargilium dicit Proculi libertum; potuitque sane Iulii Philagri filius appellari Gargilius Proculus, si non iustis nuptiis natus erat. Mommsen.]

6294. GEORGIAE ‖ CONSERVAE ‖ V MARSVA · PONDER[1] ‖ V EPAPHRA · SALTVAR ‖ V[2] CONIVGES · FECER ‖ V EPAPHRIONI · PONDER ‖ V ORINÉ V DELPHIDI ‖ FILIIS ‖ V CLAVD · ARIADINE (sic) CLAVD ‖ V HELPIDI · FILIAE[3] — *Lesinae* in agro Teanensi Apulo. Gervasio, *iscr. Sipont.* p. 45; Mommsen, I. N. 5195.

1) PONDER*arius*. 2) *Vivi* hoc loco delendum esse recte, ut videtur, suspicatur Mommsenius. 3) FILIAB? M.

6295. HIC · GELADINVS ‖ SECTOR · HIC · SITVS ‖ TVS (sic) — In R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 6704.

6296. DIS · MANIBVS ‖ TIBVRTIAE ANYTES ‖ BOTRYS · Q · N̄ · SPECVLAR ‖ CONTVBERNALI · BENE‖MERENTI · ET · SIBI — Romae, rep. in sepulcro Volusiorum. Cardinali, *Dipl.* n. 262.

6297. HERACLAE · ASINIAE · AGRIPPIN*ae* ‖ CELERIS ·[1] FILIAE · STRATORI ‖ VIX · ANN XXX ‖ PISA · AGRIPPINAE · VESTIP · · ·[2] ‖ *coni*VGI · BENE · MEREN*ti* — In R. Mus. Neap. in Borgianis, Roma allatus. Cardinali, *iscr. ined.* n. 364; Mommsen, I. N. 6872.

1) Asinius Celer consularis, Plin. N. H. IX, 31, 17. Filius fuit C. Asinii Galli et Vipsaniae Agrippinae; cf. Drumann, *Gesch. Roms.* II, p. 14. 2) VESTIP*lica*.

6298. TI · CLAVDIVS · HERM*a* ‖ STRATOR · PECVLIARI*s* ‖ CLAVDIAE · SECVNDAE · CONTVBERNALI · CARISSIM*ae* — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. Iahn, Spec. p. 29, n. 15.

6299. CASTVS · FRONTONIS ‖ TABVLARI · DELICIVM ‖ VIX · ANN · III · MENS · IV — Ibd. in alio columbario. Ded. Canina.

6300. LVCRIO ‖ COCEI ‖ TOPIARIVS — Rep. Romae, nunc *Cusercoli.* Borghesio misit Mengozzius.

6301. DEO INVIC ‖ PRO SALVTE ‖ ET · INCOLVMITAT · PAMPH*i*‖LI · DISP · AVGG · N̄N̄ ‖ FORTVNATVS ‖ ARCARIVS — Salonae. Lanza, *lap. Salonitane*, n. II.

6302. T · AELIVS · AVG · LIB · PRIMITIVVS ‖ ARCHIMAGIRVS · ET ‖ AELIA · AVG · LIB · TYCHE · COIVNX ‖ FECERVNT · SIBI · ET · SVIS · LIBERTABVSQ · ‖ POSTERISQ · EORVM ‖ CVSTODIA · MONIMENTI INHABITANDI · NEQVIS · INTER‖DICERE · VELLIT · QVOD · SI · NEMO · DE · HAC · MEMORIA · NOSTRA ‖ EXISTERIT · PERTINERE · DEBEBIT · AD · COLLEGIVM · COCORVM ‖ AVG · N · QVOD · CONSISTIT · IN · PALATIO · QVOD · NEQVE · DONARI ‖ NEQVE · VENIRI · PERMITTIMVS · QVOD · SI · QVIS · CONTRA ‖ LEGEM · SS ·[1] FECERIT · DARE · DEBEBIT · CORPORI · QVI · SVNT ‖ IN · HAC · STATIONEM · HS · L · M · N — Romae, in vinea quondam Amendola. Card. *Dipl.* 410.

1) *Supra Scriptam.*

6303. NYMPHICVS ‖ AGRIPPINAE · GERMANICI ‖ AB ARGENTO — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani sito. Ded. Canina. Cf. TI · IVL · AVGVSTI ‖ L · CRAENO · AB ‖ ARGENTO · PATER — Ibd. id.

6304. ANTHVS · AD ‖ ARGENTVM ‖ POT · [1]) L · CAESARIS — ARCHELAVOS ‖ M · CONSIDI · ET ‖ CONSIDIARVM ‖ VIX · AN · VI — Olim Romae, nunc in R. Museo Neap. Grut. 582, 6; Mommsen, I. N. 6839; cf. Grut. 583, 3 = I. N. 6835: D · M · S ‖ T · AELIVS · AVGVSTORVM · LIB · A‖MEMPTVS · AB ARGENTO · SCAENI‖CO cet., et hunc titulum in columbario Romano paucis ante annis repertum: HERACLIDA ‖ MARCEL · ARG — (De hac Marcella cf. n. 5371 sq.)

1) POT*orium*.

6305. ZIZES · AVG ‖ ATRESIS · [1]) NATIONE ‖ LYCAO · V · A · L · POSV ‖ MOERIS · CONSERVA — Surrenti. Mommsen, I. N. 2140.

1) i. e. *atriensis*.

6306. IVLIA · ACCIA ‖ MATER ‖ CALLISTHENIS · TI · CAESAR ‖ AVG · A · BYBLIOTHECE ‖ LATINA · APOLLINIS ‖ ET · DIOPĪTHIS · F · EIVS · A · BYBLIOT ‖ LATINA · APOLLINIS ‖ VIX · AN · XLVIII — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani nuper detecto. Ded. Canina.

6307. ALEXANDER · C · CAE‖SARIS · AVG · GERMANICI · S*e*RV ‖ PYLAEMENIANVS · AB · BYBLI‖OTHECE · GRAECA · TEMPLI · APOLLI‖NIS · VIX · ANNIS · XXX — Ibd. id.

6308. ANTHVS · AVG ‖ A · CORINTHĪS ‖ SIbI · ET · SVIS — I. N. 2128.

6309. TI · CLAVDIO · AVG · L ‖ DIOSCORO A CENA ‖ CENTVRIONVM ‖ TESTAMENTO ‖ POSVERVNT ‖ EVARISTVS · ET · THALAMVS ‖ CONLIBERTO · B · M — Romae, in Mus. Cap. Murat. 895, 1; Guasco, n. 236; v. ipse.

6310. LALEMVS · AVG · CIRCITOR · ‖ NATIONE · LYCAO · DONATO ‖ FILIO · ET · SIBI · ET · SVIS · FECIT — Surrenti. Mommsen, I. N. 2139.

6311. *a*SCAN*io* ‖ *ca*ESARIS · AV*g* · *lib* ‖ *ant*IOCHIANO · A · CO*dicillis* [1]) ‖ · · A · FAVSTA · VXO*r* · · · · ‖ · · T ‖ *in fr* P · XVI INA*g* · · · · ‖ · · · YRNE MERITAE SACERDOTI · · — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 35.

1) Vel *a* CO*rinthiis*, CO*piis militaribus* cet.

6312. D · M ‖ CRESCENTI · VERNAE ‖ CAESARIS · N̄ ‖ CVBICVLARIO · STATIONIS · II ‖ VIX · AN · XXVII ‖ MENSIBVS · XI · DIEBVS · XI — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

6313. D · M ‖ SALVIANVS · AVGG ‖ NN · VERNA · DISP · AV‖REL · IVLIAE COIVGI ‖ BENEMERENTI FECIT — Exstat in R. Museo Borbonico. Cardinali, Iscr. ant. ined. n. 156. Mommsen, I. N. 6899.

6314. SEPTIMVS || IMP · TRAIÁNI || CAESARIS · AVG || GERM · DÁCICI || SER · DISP · CLASSIS || FLÁVIAE · CÁRAE || CONIVGI · SANCTISSIMAE — In R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 2652. Spectat ad classem Misenatem.

6315. PRO SALVTE || IMP · CAESARIS AELIĪ || HADRIANI ANTONINI · AVG PIĪ P P ET M · ALLI (sic) AVRELI CAESARIS · N̄ || GENIO COLONIAE · PVTEOLANORVM || CHRYSANTIIVS (sic) AVG DISP A FRVMINTO (sic) || PVTEOLIS ET OSTIS || L D DECVRIONVM PERMISSV — Rep. Puteolis, nunc Neapoli in aedibus Francavilla. Mur. 892, 10; Mommsen, I. N. 2464 cet.

6316. M · IVLIO · SP · F · PIETAT*i* || EPELYS · TI · CLAVDI · CAESARI*s* || AVG · DISP · MATERNVS · AB || AEDIFICIS · VOLVNTARIS [1]) — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 36.

1) *Dispensator maternus* is est, qui, quum matri Claudii Augusti antea dispensasset, in ipsam domum Augustam transierat. Habemus apud Mur. 914, 3: PRIMVS || TĪ. CAESAR. MATERN || AQVAR; ita ut agnomen *materni* eodem modo servis et libertis datum esse appareat, quo agnomina in *anus* desinentia priorem dominum indicasse constat; cf. n. 6248. De *aedificiis voluntariis* nihil habeo, quod proferam.

6317. AEPOLO || IMP · AVG · DISP || GALBIANO || GEMINIA · FELICIA || CONIVNX · ET || C · GEMINIVS · SPES · F || B · M · POSVERVNT — Romae. Ex Cod. Vat. n. 5241, p. 258 exscr. Mommsen.

6318. B · MACROBIO · XEVGNVCHO · PALA M [1]) || TINO · CENTENARIO · FL · FIRMIVS · VIR || DVCENARIVS · B · M · TITVLVM · POSVER || QVI · VIXIT · AN · LXX · M · VIIII · DIE · XX · FL · CARI||TOSVS · ET · ROMANVS · LIBERTVS · CONTRA · || VOTVM · POSVERVNT · RECESSIT || DE · SECVLO · FIDELIS · IN · PACE || DEPOSITVS · ☧ · III · KALENDAS · SEPTEMBRIS — Aquileiae. *Alterth. d. Oesterr. Mon.* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.) n. 136; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 37.

1) Coniunge primam et ultimam versus litteras: B*onae* M*emoriae*; X ni fallor est ☧. Habes igitur *eunuchum Palatinum*, *centenarium* fortasse *agentium in rebus*; Kellerm. Bull. l. l.

6319. D · *m* || L · DO*mitio* · *l* · *l* · || HELIODORO . . . . || DOMITIVS · PHILETVS || INTERPRES · AVG · N || EDVCATORI || DIGNISSIMO FECIT — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. Dedit marchio Campana.

6320. DĪS · MANIBVS || ADIVTORIS || VIXIT · ANNIS · XI || ATHENAIS · EPAPHRODITI || NERONIS · CAESARIS · AVGVSTI || A IVMENTIS · FILIO CARISSIMO FECIT — Olim Velitris, nunc in R. Mus. Neap. Mar. Arv. p. 176; Mommsen, I. N. 6834.

6321. D · M || GALERIAE · CLAVDIAE || QVAE · VIX · AN · XVII || P · M || GALERIVS ANTHOPHORVS || AVG · [1]) LIB · ADIVTOR || A · LAGONA · [2]) LIB · ET || CONIVGI · B · M · ET · SIBI || POSTERISQVE · SVIS — Romae. Amatius misit Borghesio.

1) Intellige AVG*ustae*, sc. Galeriae Faustinae Antonini Pii. 2) Cf. n. 794.

6322. DIS · MANIBVS ‖ T · FLAVIVS · AVG · L · ZOSIMVS · LANIPENDVS ‖ CAESARIS · N · ET · ANDRONICAE · 1) CAESARIS ‖ N · VERN · ET · A · CERVIVS · HERMES ET ‖ LVCCEIA · VENERIA · ET ‖ PRIMVS · CAESARIS · N · VERN · SIBI · POSTERISQ ‖ SVORVM — Labusius dedit Cardinalio, qui, ubi titulus repertus sit, non refert; *Dipl.* 251.

1) Corr. ANDRONICE.

6323. ANTIOCHVS · IVLIAE ‖ DRVSI · CAESARIS · 1) SVPRA ‖ LECTICARIOS · FECIT ‖ CLAVDIAE · CEDNE ‖ CONIVGI · SVAE · FECIT (sic) — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

1) sc. filia. [Dubito; fortasse IVLIAE hic idem valet quod alibi IVLIANVS. Mommsen.] Est Drusus Ti. Caes. Aug. f.

6324. SOTERICVS · ARC ‖ AVG · CAES · LVCER 1) ‖ EMPT · DE · PINARIO · RVFO ‖ OL · QVAE · FVIT · PORCI ‖ PHILARGYRI — Romae, in alio columbario prope portam D. Sebastiani rep. Iahn, Specimen, p. 31, n. 38. Vidit et emendavit Mommsen.

1) LVCER*narius*? cf. 6292. [At quomodo hoc coniungitur cum ARC*ario*? Mihi est cognomen alterum servorum Caesaris, LVCER*inus* vel eiusmodi quid. Mommsen.]

6325. EPINICVS · CAESAR · SER ‖ AMYNTIAN · MEDIAST 1) ‖ IVLIA · NYSA · DE · SVO · FECIT — Olim Romae, nunc in R. Museo Neap. Grut. 577, 5; Mommsen, I. N. 6869; cf. 6833 = Mur. 985, 5.

1) *Mediastinus*; cf. Forcell. lex. s. v.

6326. P · AELIO · AVG · LIB · EPAPHRODITO ‖ MAGISTRO · IATROLIPTAE · 1) PVERORVM ‖ EMINENTIVM · CAESARIS · N̄ ‖ QVI · VIX · ANNIS · XXX · CONIVGI ‖ NICOPOLIS · CAESARIS · N̄ · ET · SOTER · FILIVS · PATRI · *bene*MERENTI ‖ FECERVNT · ET · SIBI · ET · SVIS · LIB ‖ LIBERTABVS · POSTERISQVE · EORVM — Romae. Doni VII, 1; Mur. 884, 4.

1) Corr. IATRALIPTAE.

6327. DASCYLVS · TI · AVG · MINISTRAT ‖ IVLIAE · NEBRIDI · AVGVSTAE · PEDIS ‖ COIVGI · CARISSIM · LOCVM · SEPVLCRI ‖ SIBI · ET · SVIS ‖ IVLIA ACTE — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani detecto. Ded. Canina.

6328. AVRELIO · SYM‖PHORO · AVG · LIB ‖ OFICIALI (sic) · VETERI · A MEMO‖RIA · ET · A DIPLOMATIBVS ‖ EXORNATO · ORNAMENT ‖ DECVRIONALIBVS ‖ ORDO SPLENDIDISSIM · ‖ CIVI · ‖ OB · AMOREM · ET · ‖ INSTANTIAM · ERGA · ‖ PATRIAM · ‖ CIVESQVE — Neapoli. Mur. app. 5, 3; Mommsen, I. N. 2626, ubi v. cett.

6329. DIS · MANIBVS ‖ TI · CLAVDIO · IANVARIO ‖ GRATIANO ‖ NOMENCLAT · AVG ‖ PATIENS · AVG · L · TABVL ‖ MESOR · AEDIFICIOR ‖ ASCANIVS · AVG · L · A · COMMENT ‖ RAT · HEREDITAT ‖ AMICO · BENEMERENTI — Romae. Borghesio misit Vescovalius; cf. Mur. 537, 3 = Mommsen, I. N. 6843: AVG · LIB · NOMENCLATOR · AB · AMISSIONE.

6330. TI · CLAVDIVS || CAESARIS || NVMVNCLATOR || AMARANTHVS || VIX · ANN · XXX — Romae. Iahn, Spec. p. 41, n. 143.

6331. D · M · ATIMETO || MEDICO || BASILEVS || ET PARTHENO||PAEVS || FAVSTINAE || AVG SERVI || AB ORNAMEN||TIS · AMICO || BENE · MERENTI || FECERVNT — Romae, ad D. Laurentii extra muros.

6332. AMOENVS || MESSALINAE || TI · CLAVDI · CAESARIS || AB · ORNAMENTIS — Pisauri. Rocchius misit Borghesio. — *Eunuchum ab ornamentis* habes Grut. 578, 9.

6333. L · [1]) IVLIVS AVG · ET · AVG · [2]) L || PHILO · OSTIARIVS — Asisii. Costanzo, *S. Rufino*, app. p. 50.

1) Corr. C. 2) AVG*usti* ET . AVG*ustae*.

6334. L · CALPVRNIVS · PHAEDON || CALPVRNIOR · PAEDAG || CALPVRNIAE · IACHE > || VXORI — Puteolis. Mommsen, I. N. 2880, ubi v. ceteros.

6335. D · M || EVTYCHES · CAE · NS · PEDISEQVS [1]) || STATIONI · CASSTRESE · FEC · || MATRI · PIENTISSIMAE ET · || FAVSTVS · COLLEG · AEIVS · || FECERVNT · SIBI · VTRIVSQVE || SVORVM · ET · POSSTERISQVE || EORVM — Romae, in Mus. Cap. Fabr. 210, 528; Guasco 332; vidi ipse.

1) De *pedissequis* cf. Mar. Att. p. 95. — CHRYSEROS . AVG . VERNA . PEDISSEC . R . K, i. e. *Rationis Kastrensis*, Reines. IX, 105; ZOSIMO . C . N . (*Caesaris Nostri)* PED . NVM . CASTREN, i. e. PED*issequo* NVM*eri* CASTREN*sis*, Grut. 842, 13; corr. Fabr. 309, 327.

6336. HIC REQVIESCVNT IN PACE FLORENTIVS || PATER PISTORVM REGIS THEODORICI || QVI VIXIT ANN · P · L · M · LXXII DEPOSITVS || EST SVB D · NON · OCT · IND · V · SEPTIENS || P · C · BASILII IVN · V · C · [1]) ET · CONIVX · EIVS || DOMINICA RI QVAE VIXIT ANN · P · L · M · || LXVIII · DEPOSITA EST SVB D · XIX · KAL · || OCT · IND · III · SECVN · P · C · D · N · IVSTINI || PP · AVG · A · III · [2]) SIMVLQ · ET FILIVS || EORVM · APOLLENARIS CANCELL · PRE || LONGINI · [3]) QVI · VIXIT ANN · P · L · M · XXXV · || DEPOSITVS EST SVB D · VI · ID · IVN · IND · VIII || P · C · SECVNDO D · N · IVSTINI PP · AVG || ANNO VIII [4]) — Ravennae, in S. Mariae de Portu. Eph. litt. Flor. 1750, p. 686; cf. Marini, *Papiri dipl.* 352, 353.

1) *Post Consulatum*; a. 548. 2) i. e. Iustini II, anno igitur a. 570. 3) CANCELL*arius* PR*a*E*fecti* (s. *exarchae)* LONGINI; cf. Mar. l. l. p. 303. 4) a. 575; l. l. p. 360.

6337. TI · CLAVDIVS · AVG · LIB · BVCOLAS · PRAEGVSTATOR · TRICLINARC (sic) || PROC · A MVNERIB · PROC · AQVAR · [1]) PROC · CASTRENSIS · CVM · Q · CLAVDIO || FLAVIANO · FILIO · ET · SVLPICIA · CANTABRA · MATRE · D · *d* — Rep. Caere. Bull. Inst. Arch. 1840, p. 95. Ipse vidi Centumcellis.

1) cf. Front. de aqu. c. 105; Or. 1194 et 946.

6338. D M || VALERIAE CLEO||PATRAE FECIT || T AEL AMIANTVS AVG || LIB PROC CONIV||GI SVE BENE||MERENTI

CVM ‖ QVA VIXIT ANNIS ‖ X EX PECVLIO IP‖SEIVS SCRIPSIT VALERIVS AN‖DRONICVS [1]) — Laodiceae Combustae. Hamilton, *Researches in Asia Minor* vol. II, app. n. 406.

1) Cf. Mommsen, *über d. Chronogr. v. J. 354, Abh. d. S. Ges. d. Wissensch. phil. hist. Classe, I, p.* 607, et Bull. Inst. Arch. 1852, p. 105.

6339. EVPHRATES AVG LIB ‖ PROC · OB · EFFECTA SIBI ‖ IN HAC STATIONE ‖ ANNVA CENTENA ‖ GENIO · HVIVS · LOCI ‖ D D — Romae. Marini, *Papiri dipl.* p. XXXI indicis.

6340. EVTACTO ‖ AVG · LIB · PROC ‖ ACCENSO DE LAT ‖ A · DIVO · VESPASIANO ‖ PATRI · OPTIMO ‖ CLEMENS FILIVS — Romae, in Mus. Cap. Mur. 809, 2; Guasco 204; v. ipse. Cf. Or. 2931.

6341. C · IVLIVS · AVG · L · SAM*ius* [1]) ‖ PROC ‖ ACCENSVS · DIVI · CLAVDIİ · [2]) E*t* · ‖ NERONIS · AVGVSTI ‖ PATRONORVM — Tibure. Viola, *Tivoli nel decennio* cet. p. 158.

1) Ita Viola. 2) Moreschi, qui dedit Borghesio, CLAVDI.

6342. GAMI ‖ AVG · L · PROC ‖ ALORICATA [1]) — Romae, in lamina aenea. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 34, 2.

1) Loricatam Borghesius (l. l.) spatium esse credit *loricae ambitu circumclusum — continens feras*; cf. Amm. Marc. XXIII, 5. — *Lorica* commemoratur Or. 3303; Grut. 172, 13; cf. θωράκια et θωρακεῖα Bekker, Anecd. I, p. 43.

6343. IMP · CAES · M · AVR · ANT · AVG · N · S · VB · [1]) CA‖PITOLIN PROC · OFFIC · [2]) FELIX · AVG · LIBER — In tubo plumbeo ex Dalmatia in Mus. Vindob. illato. *Istria* V, p. 204.

1) Num S*extus* VIB*ius*? [Imo SVB CAPITOLIN*o* PROC*uratore* OFFIC*inator*. Mommsen.] 2) OFFIC*inae*.

6344. M · AVRELIO · AVGG · LIB · PROSENETI ‖ A CVBICVLO · AVG · ‖ PROC · THESAVRORVM · [1]) ‖ PROC · PATRIMONI · PROC · ‖ MVNERVM · [2]) PROC · VINORVM ‖ ORDINATO · A · DIVO · COMMODO · ‖ IN · KASTRENSE · [3]) PATRONO · PIISSIMO ‖ LIBERTI · BENE · MERENTI ‖ SARCOPHAGVM · DE SVO ‖ ADORNAVERVNT — Sarcophagus in via Labicana prope Turrim novam repertus, nunc in Villa Pinciana Borghesiorum. Bull. Inst. Arch. 1830, p. 123.

1) *Praepositum thensauris dominicis* habes n. 6871. 2) Cf. n. 6337. 3) = *ratio castrensis*.

6345. TI · CLAVDIVS MARCELLINVS ‖ *proc* · AVG · A PATRIMONIO ‖ · · · · · · · · ‖ DICAVIT AVG · · · · · · · · ‖ ET LAP · · · · · · · · ‖ SVNT INTRA MACERIAM — Romae, in V. Cassia ad sepulcrum quod dicunt Neronis. Borghesio exscripsit Amatius.

6346. ORONTI ‖ AVG · LIB · PRÓC ‖ PATRIMONII ‖ VIXIT · ANNIS ‖ LXXXXVI ‖ ALEXANDER · PRÓC ‖ PIISSIMVS ‖ FILIVS ‖ FECIT — Prope Puteolos. Mar. Arv. p. 711; Mommsen, I. N. 2899, ubi v. cett.

6347. TI · CLAVDIO ‖ AVG L · MEROPI ‖ PROCVRATORI ‖ A REGIONIBVS · VRB — Romae. Guasco, Mus. Cap. 367; cf. Mur. 895, 4; 5; 894, 2.

6348. V · NONAS · MARTIAS ‖ FELIX · AVGG · LIBERTVS ‖ PROCVRATOR · VSIACVS [1]) ‖ HORA · PRIMA · SEMIS ‖ MEMNONEM · A‖VDIVIT — In statua Memnonis. Letronne, *Inscr. de l'Égypte* pl. XXXII, 11; vol. II, p. 385.

1) *οὐσιακός*; cf. *μισθώσεις οὐσιακαί*, C. I. Gr. 4957, v. 11.

6349. DIS · MANIB ‖ M · VLPIO · AERASMO ‖ AVGVSTI · LIB ‖ SVB · PROCVRATORI ‖ DOMVS · AVGVSTANAE ‖ VIXIT · ANNIS · XXXII · MENS · II ‖ M · VLPIVS · AEPHESIVS · FIL · ET ‖ VLPIA · THALLVSA · CONIVX ‖ BENEMERENTI · FECERVNT ‖ ET · SIBI · ET · SVIS ‖ LIBERTIS · LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE · EORVM — Romae. Exscr. Borghesius.

6350. TI · CLAVDIVS · DIVI · L · ERASTVS ‖ SCRINIARIVS · AB EPISTVLIS ‖ FECIT · SIBI · ET ‖ VALERI*ae* · CHIONE · CONIVGI ‖ SVAE · LIBERTIS · LIBERTABVSQ · SVIS ‖ POSTERISQVE — Amalfiae. Grut. 1111, 10; Mommsen I. N. 116.

6351. C · IVLIVS · DIVI · AVG · L ‖ COZMVS · SPECLARIA ‖ AGRIPPIANVS · HIC · SITVS · EST ‖ C · IVLIVS · COSMI · L ‖ SABINVS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. Dedd. Desjardins et Canina; ipse non vidi. Ad eundem spectat hic titulus ibidem effossus:

6352. C · IVLI · DIVI ‖ AVG · L · COZMI ‖ SPECVLARIARI ‖ AGRIPPIANI.

6353. DIS · MANIB ‖ TI · CLAVDIVS · EPICTETVS · PRAEPOSIT ‖ SPECLARIARIOR · DOMVS · PALATINAR [1]) ‖ ET · CLAVDIA · APHROSIA · COIVNX · EIVS ‖ CLAVDIO · SERVANDO · FIL · FECERVNT ‖ VIXIT · ANN · XVII · MENS · III ‖ ITEM · LIB · LIBERTABVSQ · POSTERISQ EORV ‖ QVOD · SI · DESIERINT · TVM · DISCENTIBVS · [2]) SPECLARIARIS · DOMVS ‖ PALATINARVM — Romae, in horreis Mus. Vat. Vidimus Mommsen et ego.

1) Cf. titulum ex apographo Borghesii a Furlanetto, Lex. Forcell. s. v. *speculariarius* propositum: D . M . TI . CLAVDIO . SYMMACHO AVG . LIB . SPECLARIARIO . DOMVS . PALATINARVM . FECIT . EPICTETVS . NVTRICIO . SVO . VIXIT . ANNIS . LXXXII . 2) Cf. ad 4147.

6354. FRONTONI ‖ AVG · SER ‖ STRVCTOR — Surrenti. Mommsen, I. N. 2137.

6355. SILVANO AVGVSTO ‖ M · AEMILIVS ‖ LAETVS ‖ V [1]) STVDIIS ‖ AVGVSTI ‖ DICAVIT — Lugduni. Caumont, *Bulletin monum.* 2e *série*, II, p. 256.

1) Corr. A, ut 719; cf. tit. sequentem:

6356. L · VIBIO FORTVNATO · L · · · · ‖ HARVSPICI · AVG · N · MAGISTRO ‖ A STVDIIS · PROC · DVCENARIO ‖ STATIONIS · HEREDITATIVM — Calibus. Mommsen, I. N. 3948.

6357. D · M ‖ IVSTINVS CAESA*ris* ‖ VERNA · SVBSEQVES ‖ LIBRARIORVM [1]) ‖ VIX · ANIS · XV ‖ TERTIVS VERNA ‖ VALDENIO [2]) PIENTISSIMO ‖ B M P — *Zalathna* Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 183.

1) Munus *subsequentis librariorum*, si re vera in lapide legitur, fortasse cum *secutore* in rebus militaribus obvio componere licet. 2) Nescio, quid sit VALDENIO; sed de lectione dubito.

6358. DIS MANIBVS ‖ TVRIAE · SATVRNINAE ‖ SORANAE ‖ LIBERTAE · FECIT ‖ PLACIDVS ‖ IMP · DOMITIANI · AVG ‖ TABELLARIVS ‖ CONIVGI · OPTIMAE ‖ ET · PIENTISSIMAE — Romae. V. Mommsen.

6359. HOC CEPOTAPHIVM AV*r* ‖ INACHI AVG LIB OPTIO*n* ‖ TABELL·A·RIORVM CTA*t* ‖ PATRIMONI Ɇ AVRELIAE ‖ MACARIAN·ETI C · ET ‖ AVRELIAE · RODOGYNE ‖ ET LIB·B · LIBERTABV*s*‖QVAE POCTERICQ · ‖ EORVM[1]) — Ad eosdem alter titulus pertinet: *aureliae · maca*‖RIANETI · CON*iu*GI ‖ DVLCISSIMAE · ‖ QVAE · VIXIT · ANNIS ‖ XXVII · M · VI · DIEB · XVIII ‖ HORAS · VI ‖ INACHVS · COIVGI · ‖ BENEMERENTI · ‖ MACARIANE · DVLCIS — In V. Appia. Annal. Inst. Arch. 1852, p. 311, n. 11.

1) Nota litteras S et C eadem forma repraesentatas [nempe a lapicida Graeco. MOMMSEN].

6360. D · M ‖ BLASTVS · AVG · LIB · TABVL‖ARIVS · FAECIT · AEDICLAS · ‖ TRES · INTRANTIBVS · DEXT‖ERIORE · PARTE · PARIE‖TE · IVNCTAS · DVAS · ET · TERTI‖AM · IN · QVA · TITVLVS · FIXVS · EST · SIBI · ET ‖ SVIS · L · LIBERTABVSQV · POSTERISQV · ‖ EORVM — Romae. Iahn, Specimen, p. 36, n. 90.

6361. EX · DOMO · CAESARVM ‖ LIBERTORVM · ET ‖ SERVORVM · COT · EST ‖ COLLEGI ‖ TABERNACVLARIORVM — Romae. Grut. 642, 1; nunc in R. Museo Neap., ubi v. et corr. Mommsen, I. N. 6912.

6362. D · M ‖ AVR · BASILEO ‖ AVG · LIB · VLPIA ‖ PRIMA · COIV‖GI · B · M · FECIT ‖ P P · A · TABERNA‖CLA[1]) . . . — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani nuper effosso. Ded. Canina; ipsi mihi exscribere non licebat.

1) *PraePositus*, credo, A TABERNACLA, nisi *a tabernaclariis* [vel *ad tabernacla* MOMMSEN.] praeferendum censes.

6363. EGO · SVM · L · LVTATIVS · PACCIVS ‖ THVRARIVS · DE · FAMILIA ‖ REGE · MITHREDATIS[1]) — Romae. Iahn, Specimen p. 27, n. 23.

1) Fortasse rex ille Bosporanus, qui Claudio imperante deditus Romamque missus est, Tac. Ann. 12, 21. — *Thurarios* inter officia domestica fuisse hoc titulo patet, confirmaturque monumento satis antiquo nuper in Via Appia effosso:

6364. C · P · P · TREB*oni*ORVM · P · P · C · *f* ‖ TVRARIE*is* · ET · LIBERTEIS ‖ P · TREBONIVS · · · L · NICOSTRATS (sic) ‖ M · C · P · L· MALCHIO ‖ D · C · L · OLOPANTVS ‖ M · C · P · L· MACEDO ‖ A · C · P · L · ALEXANDER ‖ TREBONIA · C · P · L· IRENA ‖ TREBONIA · C · P · L · AMMIA[1]) — Ann. Inst. Arch. 1852, p. 310, n. 1.

1) Vetustatem monumenti et nominativus plur. decl. 2. in *eis* desinens et libertorum praenomina a patronorum diversa satis indicant. [Litterae quattuor singulares vv. 4, 5. 6. 7 praefixae non praenomina, sed hoc efficiunt: *Monumento Dolus Malus Abesto.* MOMMSEN.] *Trebonii* nomen in ceteris libertis post Nicostratum commemoratis a

quadratario brevitatis caussa omissum est. — Propter formam nominativi in *eis* hanc quoque inscriptionem afferre liceat eodem loco repertam:

6365. . . . . || SEX · L· HILARA || SEX · TREBONI||VS · SEX · L · || TRVPHO TVRA||REIS · IN AGRO · || P XX · INFR · P XXIIX — l. l.

6366. CHARITO · TI · CLAVDI · || CAESARIS · AVGVSTI · || TOPIARIVS · SIBI · ET · SVIS — Surrenti. Mommsen, I. N. 2132.

6367. DIS MANIBVS || T · FLAVI AVG · L · FORTVNATI || CAES · N̄ · TRICLINARII || EX · DEC · III || ATTIA · CORNELIA · FILIA || CALAMITOSA PATRI KARISSIMO || BENEMERENTI || MVLTIS CVM LACRVMIS || FECIT MEM — Albani. Zaccaria, Excursus I, p. 362.

6368. D · M · || AELIAE CHRY||SEIDI · AELI || EILIAE [1]) CAS||TISSIMAE || FEMINAE || M · COCCEIVS || STEPHANVS || TR [2]) AVGC (sic) || CONIVGI || B M E (sic) — In R. Museo Neap. v. Mommsen, I. N. 2656.

1) „sic" M.; l. FILIAE. 2) M., *trierarchum Augusti Caesaris* se repperisse ratus, ad classem Misenatem titulum refert; sed novus certe *trierarchus Augusti.* Unde pro *tricliniarcha Augustorum* hominem habeo, quem libertini generis fuisse nomen demonstrat Cocceii ab imperatore Nerva deducendum.

6369. CELADIO · TI · CAESARIS · AVG || SER · VNCTOR · [1]) GERMANICIAN || PVDENS · TI · CAESARIS · AVG || PEDISEQVS — Romae, in columbario prope Portam Latinam rep. Iahn, Specimen p. 25, 11.

1) *Praepositus unctorum* est in n. 6382.

6370. C · IVLIO · CHRYSANTO || ET · P · AELIVS · AVG · LIB · EVTYCHVS · PRAEPOSITVS · VELARIS || CASTRENSIBVS · FECIT · ET · SIBI · ET · SVIS · POSTERISQ · EORVM — Romae, in columbario nuper prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Desjardins v. cl. Ipse vidi, sed non licebat exscribere.

6371. ALEXANDER || AVGG · SER · FECT || SE BIVO · MARCO · FILIO || DVLCISIMO (sic) · CAPVTA||FRICESI · [1]) QVI · DEPVTA||BATVR INTER BESTITO||RES · [2]) QVI · VIXIT · AN·NIS || XVIII · MENSIBV · VIIII || DIEBV · V · PETO A BOBIS || FRATRES · BONI · PER || VNVM · DEVM · NE · QVIS || VII · TITE·LO M*olestet* || POST MO*rtem meam* — Rep. in suburbano Romano, cui nomen *Pariolae* est, ubi coemeterium D. Hermetis fuit. Act. Acad. Pont. Arch. VI, p. 43.

1) Cf. 2685. 2) = *vestitores.*

6372. IACET HIC MAVRA CON||IVX BONIFATI A VESTE || SACRA [1]) OVAE RREC (sic) || ECESS ☧ IT IN RAC || ET TVI [2]) SECVM AN||NOS XX — Treviris. *Rhein. Jahrbb.* XII, p. 75, n. 167.

1) sc. *imperatoris,* nisi potius ad cultum christianorum spectat. 2) *quae recessit in pace et tulit* cet.

6373. CHRYSAPSIS || AGRIPPINAE · SVPRA VESTE — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani nuper effosso. Ded. Canina.

6374. ANTEROS · TI · CAESARIS ‖ CISTARIVS · A · VESTE · FOREN ‖ VIXIT · ANN · XXV — Ibd. id.

6375. · · VLIVS · AVG · ET · AVG · L ‖ · · · ERETVS · PATERNVS · · · ‖ VESTA · CASTRENSIS[1]) — Ibd. id.

1) Corr. *a veste castrensi*, vel *praepositus vestis castrensis*.

6376. M · COCCEIVS · AVG · LIB · AMBROSIVS · PRAEPO‖SITVS · VESTIS · ALBAE · TRIVMPHALIS cet. legitur in titulo in porticu S. Mariae Transtiberinae exstanti, Mur. 2043, 1.

6377. FRASINVS · [1]) CAES ‖ N · SER · ADIVTOR · A ‖ VINIS · CLAVDIAE · PHIALE · CONIVGI · SV‖AE · BENEMERENTI ‖ FECIT — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Iahn, Specimen p. 39, n. 12!.

1) Corr. ERASINVS.

6378. P · AELIO · AVG · LIB ‖ SECVNDO · FECIT ‖ T · AELIVS · AVG · LIB ‖ EVTYCHVS ADIVTOR ‖ A VINIS ET SIBI · LIB ‖ LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE ‖ EORVM — Romae, in villa Casaliorum. l. l. p. 91.

Libertorum nomina ita orta esse constat, ut praenomen quidem et nomen gentilicium patronorum manu missi assumerent, nomen autem, quo unico antea servi usi erant, iam cognomen evaderet. Et haec quidem ratio posteriore imperatorum aetate ita valebat, ut vix ullum rationis diversae exemplum reperiri credam. Temporibus tamen prioribus non solum cognomina patronorum nonnunquam pro nominibus a libertis assumebantur (cf. quae antea sub n. 6247, 3 exposui), sed ab ipso etiam patrono, ut amico cuidam suam ostenderet sive reverentiam sive amicitiam, huius nomen gentilicium manu misso interdum indebatur. De qua re nuper Borghesius disputavit hanc inscriptionem in Via Appia effossam publici iuris faciens:

6379. L · VALERIVS · M · F · OVF · GIDDO ‖ L · CALPVRNIVS · M · L · MENOPHIL ‖ VALERIANVS ‖ VALERIA · L · L · TRVPHERA — *Memoria sullo scavo della Via Appia fatto nel* 1851 *di Agostino Iacobini*, *appendice* n. I; cf. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 307 et n. 16, p. 312.

L. Calpurnium M. l. Menophilum Valerianum manu missum esse docet a M. Valerio L. Giddonis patre, qui ob memoriam Lucii cuiusdam Calpurnii praenomine et nomine eius libertum ornaverit; hunc ad verum patronum indicandum Marci libertum sese appellasse adiuncto agnomine Valeriani, quo servos eum declarasse scimus, in cuius manu primum fuerant. Eadem ratione Cicero, quum Dionysium servum manu misisset, ut amicum Atticum honoraret, Pomponium eum appellavit (cf. Ep. ad Att. IV, 15), retento tamen Marci praenomine. — Saepius praenomina libertorum a patronorum diversa in monumentis leguntur, cuius rei praeter titulum antiquissimum antea (n. 6364) allatum pauca exempla proponere liceat (cf. n. 5683):

6380. ACCHAVA · M · L ‖ APPIA · SIBI · ET ‖ L · ACCHAVONI ‖ M · L · STABILIONI ‖ VIRO · SVO · ET · LIBIRTS[1]) ‖ SIB · ET · LIBERTABVS ‖ · · AQ ·[2]) P · VII — Romae, in horreis Vaticanis. Exscr. Mommsen.

1) Ita legere sibi videbatur M. 2) Num *in ag*(*ro*)? [Imo QVAQ*uaversum*. MOMMSEN.]

6381. C · ARRIO · N · L ‖ RVFIONI ‖ IN · FRON · P · XII ‖ IN · AGR · P · XV — Aeclani. Mommsen, I. N. 1179.

6382. C · CAIACIVS ‖ Q · L ‖ THEOPHILVS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani detecto. Jahn. Spec. p. 43, n. 163.

6383. L · CECIVS ‖ C · L ‖ AVCTVS — Ibd. l. l. p. 33, n. 54.

6384. C · HORDEONI · M · L ‖ CAVSA ‖ C · SEPVLLI · C · L ‖ ABDAES ‖ HORDIONIA · C · L · ‖ MARTA ‖ IN · F · P · XII ‖ IN · AG · P · XV — Romae, in Villa Altieria. l. l. p. 138.

6385. C · RABIRIVS · POST · L[1]) RABIRIA VSIA · PRIMA · SAC · HERMODORVS DEMARIS ISIDIS
Romae, in Via Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 313, n. 29.

1) POST*umi* L*ibertus*; cf. n. 6221.

Semper autem praenomen liberti a patroni diversum indicium est aetatis satis antiquae.

6386. Feminarum libertis praenomen indebatur patris patronae; cuius rei quum plurima exempla sponte se offerant, commemorasse sufficiat M . LIVIVM · AVG*ustae* L · ISMARVM, M · LIVIVM · AVG*ustae* · L · ANTEROTEM, M · LIVIVM · AVGVSTAE · L · MENANDRVM, cet., libertos omnes Liviae Augusti (cf. Bianchini, *Iscrizioni de' liberti della casa di Augusto*, et Murat. p. 909); M · ANTONIVM · PANEROTIS · AVG*ustae* · L*iberti* · L*ibertum* AMETHYSTVM (Mar. Arv. p. 631), manu missum a liberto Antoniae Drusi, M. Antonii triumviri filiae, quam Caligula Augustam nominaverat; L · VIBIVM · AVG*ustae* · L · FLORVM, de quo antea locuti sumus (cf. n. 5460). Sin autem nomen gentilicium patris diversum erat a nomine filiae, huius liberti praenomine quidem illius utebantur, sed nomine filiae. Sic T · IVLIVS · AVG · L · NICEPHOR (Grut. 686, 3) et T · IVLIVS · AVG · L · MNESTER (Mur. 1008, 4) liberti sunt Iuliae Augustae Titi filiae, id quod alius quidam T · IVLIVS · AVG · L · · · · · (Grut. 101, 5) ipse testatur unum ex libertis DOM*us* AVGVST*ae* IMP · CAES · TITI · DIVI · VESPASIANI · F · AVG se esse praedicans. — Habemus quidem Poppaeae Augustae libertum Gaii praenomine ornatum, quum patrem eius T. Ollium fuisse constet (Tac. Ann. XIII, 45):

6387. C · POPPAEI · AVG · L · HERMETIS — In fistulis plumbeis Baiis repertis. Bull. Inst. Arch. 1838, 78; Mommsen, I. N. 2643. *sed nomen avi materni sumpserat* (Poppaea), *illustri memoria Poppaei Sabini, consulari et triumphali decore praefulgentis; nam Ollium honoribus nondum functum amicitia Seiani pervertit* (Tac. l. l.). (Cf. Bull. Inst 1838, p. 78 sq.)

6388. De agnominibus sive servorum sive libertorum in *anus* desinentibus cf. ad n. 6248; de tribu libertorum ad n. 3105.

6389. L · ET · C · ET · SEX ‖ VALERIORVM ‖ L · SERVANDVS ‖ ANNO · XX · H ‖ S · E · PATRONI · PRO ‖ MERITIS · POSVERV‖NT · SERVITVS · MIHI · N‖VNQVA · INVIDA · FVISTI ‖ LIBERTATEN (sic) MISERO ‖ MORS · ABSTVLIT ‖ INIQVA — Rep. in loco *Zahlbach*, nunc Mogontiaci. Steiner, Inscr. Dan. et Rh. I, n. 510. Versus primus interiit.

6390. M · IIGNATIVS · M · L · LVCVLLVS ‖ PR · NOVNAS · IANVARIAS ‖ IMP · CAESARII · AVGVSTO XII L CORNIILIO SVLLA CoS[1] ‖ MANVMISSVS IIODIIMQVII DIII DIICIISSIT CARVS AMICIS ‖ ANNORVM · NATVS · XXXI — In operculo plumbeo sepulcri, in R. Museo Neapolitano. Mommsen, I. N. 3095.

1) A. 749 = 5 a Chr.

6390a. ANTESTIA · MELITINE ‖ VETERIS · L · LIBERTATEM · SVAM ‖ FRVNITA · EST · ANNOS · II · MESE ‖ VI · VIXIT · ANNOS · XX · — Amiterni. V. Brunn.

6391. D · OTACILIVS · FELIX · FECIT · SIBI · ET ‖ OTACILIAE · HILARAE · COLLIBERTAE ‖ D · OTACILIO · HILARO · L ‖ D · OTACILIO · EVDOXO · L · IN CONSILIO MANVMISSO[1] ‖ LYRIAE · MVSAE · VXORI ‖ CETERIS · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · MEIS ‖ OMNIBVS · POSTERISQVE · EORVM · PRAETER ‖ QVOS · TESTAMENTO · MEO · PRAETERIERO ‖ INFRONT P XXX INAGR P XXV — Rep. Ostiis, nunc in horreis Musei Vaticani. Mommsen, *Ztschr. f. gesch. RW.* XV, 3, p. 368.

1) Consilium est lege Aelia Sentia institutum; l. l.

6392. M ORFIO M F FAL · ‖ RVFA · DIANAES · ‖ L · Ɔ ·[1] SIBI · ET CONIVGI ‖ SVVO · FECIT — Capuae tribuit Mommsen, I. N. 3789, qui vidit in R. Mus. Neap. — Minus recte apud. Mur. 1384, 5.

1) DIANAES (Tifatinae) *Liberta* (M. Orfii) *coniux*, M. recte; cf. n. 6119. Brunnius tamen, qui nuper monumentum contulit, notam Ɔ omisit.

6393. V · IDVS · DEC ‖ D · M ‖ C · MODESTI · THESEI ‖ P · CL · TRIVM · GALLIAR · ‖ LIB ·[1] ABASCANTVS ‖ ALVMNO · DVLCISSIMO ‖ QVI · VIXIT · AN · VIII ‖ MENS · V · DIEB · XVIIII — Romae. Amatius misit Borghesio.

1) P. CL*audius* TRIVM . GALLIAR*um* LIB*ertus*.

6394. AECLANIVS ‖ MAXIMIANVS ‖ AECLANIA · MARCEL‖LA · COMMVNI · LABO‖RE · SIBI FECERVNT[1] — Aeclani. Bull. Inst. Arch. 1837, p. 20; Mommsen, I. N. 1166.

1) Ipsi vel maiores eorum coloniae Aeclanensis liberti.

6395. C · CAMPANIO ‖ COL · LIB ‖ VRSVLO · LVPVLVS ‖ COL · CAPVAE · ARCAR · ‖ AMICO · OPTIMO — *S. Maria di Capua*, quae est Capua vetus. I. N. 3683.

6396. D · M ‖ POLLENTIAE ‖ PROCESSAE ‖ COL · POL · LIB ‖ VALERIANVS ‖ SVMMARVM ‖ DISPENSAT ‖ COLLIBERTÆ ‖ RARISSIMÆ ‖ POSVIT — Polae. *Istria* VI, p. 137.

6397. Q · PVBLICIO · TERGESTE · L ‖ FELICI · SEPTVMIA · SP · F ‖ SEXTA · Q · PVBLICIVS ‖ FELICIS · L · INGENVVS · V · F — Tergeste. *Istria* II, p. 42.

6398. VIV ‖ M · PVBLICI ‖ COLONIAE · L ‖ PHILODAMI · ET · PRIMAE · L · ET · S — Venafri. Mur. 1120, 6; Mommsen, I. N. 4703.

6399. CLAVDIA ‖ SVAVIS COLONOR ‖ LIB · [1]) HIC ADQ*uiescit* ‖ ANN XXIIX · FLACCVS CONI ‖ PIISSVMAE — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* XII, 5, p. 474.

1) Hinc *Claudiae* nomen inter tot coloniae Lugdunensis cognomina primarium fuisse patet.

6400. SEX · VENAFRANI ‖ COL · L · PRIMOGENI ‖ SIBI · ET · SVIS ‖ Q · VENAFRANIO · COL · L ‖ FELICI · SIBI · ET · SVIS ‖ IN · FRON P · XII ‖ IN · AGRO P · XII — Mommsen, I. N. 4722.

6401. · · · · · · *potenti*NVS · DEC · LIB · [1]) DIGNVS ‖ *ob ho*NOREM · BISELLI · ET · AVG ‖ · · · · · DICAM · MORE · DEDIT · SINGVL ‖ *dec* · *iis* · · · AVG · HS · XII · POPVLO · *ii*S · · · ‖ · · · · LIVS · AVGVSTVS [2]) · · · · · — Potentiae. Mur. 523, 1; corr. I. N. 381, ubi v. ceteros.

1) DECurionum LIBertus. 2) Cognomen, ut videtur, corruptum.

6402. DIS · MANIBVS ‖ SENATIAE FLORAE ‖ SENATIVS · NEPHON [1]) ‖ CONIVGI ‖ OPTVMAE — Tibure. Viola, *Tivoli nel Decennio* cet. p. 79.

1) Liberti senatus Tiburtini, vel libertorum posteri.

6403. · · · CRISPINAE · C · F · [1]) L · ARRIV*s* · · · · · ‖ (litt. minor.) ET · C · GERVLONIVS · [2]) IAN · · · · — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 37.

1) *Clarissimae Feminae*. 2) Libertus, ut videtur, collegii gerulonum s. gerulorum.

6404. DIS · MANIBVS ‖ IVNIAE · M · F · PROCVLAE · VIX · ANN · VIII · M · XI · D · V · MISEROS ‖ PATREM · ET · MATREM · INLVCTV · RELIQVID · FECIT · M · IVNIV*s* · · · ‖ EVPHROSYNVS · SIBI ET · · · · · · · E · TV · SINE · FILIAE · ET · PARENTIVM · INV · · · · · ‖ REQVESCANT (sic) · QVIDQVID · NOBIS · FECERIS · IDEM · TIBI · SPERES · MIHI · CREDE · TV · TIBI · TESTI · · · · · — In ara marmorea elegantissima, in cuius parte aversa: HIC · STIGMATA · AETERNA · ACTE · LIBERTAE · SCRIPTA · SVNT · VENE‖NARIAE · ET · PERFIDAE · DOLOSAE · DVRI · PECTORIS · CLAVOM · ET · RESTEM ‖ SPARTEAM · VT · SIBI · COLLVM · ALLIGET · ET · PICEM · CANDENTEM ‖ PECTVS · MALVM · COMMVRAT · SVVM · MANVMISSA · GRATIS ‖ SECVTA · ADVLTERVM · PATRONVM · CIRCVMSCRIPSIT · ET ‖ MINISTROS · ANCILLAM · ET · PVERVM · LECTO · IACENTI ‖ PATRONO · ABDVXIT · VT · ANIMO · DESPONDERET · SOLVS ‖ RELICTVS · SPOLIATVS · SENEX EHYMNO · FFADES TIMTA [1]) ‖ SECVTIS ‖ ZOSIMVM — Olim Romae. Grut. 691, 8; nunc in Museo Florentino, ubi vidi et correxi.

1) Sic in lapide legitur.

CAPVT X.

RES PVBLICA POPVLI ROMANI.

§. 1. POPVLVS ROMANVS. CIVITAS. LATINITAS. IVS ITALICVM.

N. 3040: titulus, qualis ab Orellio Muratorium secuto proponitur, interpolatus mihi quidem videtur esse. Ut alia mittam, vocabula *civis adlectus*, quorum caussa Or. eum in collectionem suam recepit, neque apud Mazocchium leguntur, et eo loco, quo a ceteris collocantur, vix lecta esse possunt; quapropter in margine ea adiuncta fuisse reputo a viro quodam docto, ut melius intelligeretur, quo modo civis tot civitatium Aemilius fuisset. Quae vero in fine tituli leguntur, et ipsa satis suspecta sunt et a Muratorio sola schedarum Farnesianarum auctoritate firmantur. — Maffeius 466, 15 a P. Francisco Ximenez titulum accepit, sed caveas hunc eum vidisse credas, quippe qui monumentum Carthaginis novae inter inscriptiones Africanas retulerit.

N. 3041, v. 4. corr. TVR *(turma)*; Mommsen, *Ztschr. f. gesch. RW.* XV, p. 367. Nulla igitur iuris Italici mentio titulo inest.

6405. C · IVLIVS · VEPO · DONATVS ‖ CIVITATE · ROMANA · VIRITIM · 1) ‖ ET · IMMVNITATE · AB · DIVO · AVG · ‖ VIVOS · FECIT · SIBI · ET · ‖ BONIATAE · ANTONIAE · CONIVGI · ET · SVIS — Celeiae. Seidl, Excurs. epigr. I, Monum. Cel. 2. *(Wiener Jahrbb.)*

1) i. e. pro se solo, quum eius populares civitate nondum gauderent.

6406. C · IVL · MYGDONIVS ‖ GENERE · PARTHVS ‖ NATVS · INGENVVS · CAPT ‖ PVBIS · AETATE · DAT · IN · TERRA ‖ ROMANA · QVI · DVM · FACTVS ‖ CIVES · R · IVVENTE (sic) · FATO · CO‖LOCAVI · ARKAM · DVM · ESSE ‖ ANNOR · L · PETI VSQ · A · PVB‖ERTATE · SENECTAE · MEAE · PERVENI‖RE · NVNC · RECIPE ME · SAXE · LIBENS ‖ TECVM · CVRA · SOLVTVS · ERO — Ravennae, in arca marmorea. Cardinali, *Dipl. mil.* 354. Est iam n. 2982.

6407. De iure anulorum aureorum cf. n. 3750 et Mur. 718, 3: *anulos aureos consecutus a Divo Commodo* (Or. 2176).

§. 2. PATRICII. EQVITES ROMANI. SEVIRI EQVITVM ROMANORVM. EQVVS PVBLICVS.

N. 3042, n. 4: VIROS, quum Smetius testis sit, ita in lapide scriptum fuisse, error fortasse lapidarii est pro VIR COS; nomen enim vigintivirorum illorum proprium re vera fuit *viginti viri consulares*, quo commode distinguebantur a vigintiviris ab Augusto institutis; cf. praesertim vit. Gord. 14, et Herod. VIII, 13.

N. 3043, cf. n. 6412.

N. 3048 = n. 799; susp.

N. 3049: quum Traianus suspicionem mihi movisset ab initio quidem tituli tamquam *vivus* commemoratus, deinde vero *divus* in eodem appellatus, Borghesium equidem

adii, ut novum inscriptionis apographum mihi obtinaret. Ille autem in ectypo chartaceo sibi misso ita se legisse affirmavit: L . ACONIO . L . F . CLV || STATVRAE || > . LEG . XI . C . P . F . LEG . IIII . F . F . LEG || V . MACED . LEG . VII C . P . F . DONIS || DONATO . AB . IMP . TRAIANO || AVG . GERM . OB . BELLVM . DACIC . || TORQVIB . ARMILL . PHALERIS || CORONA VALLAR ET A PRIORIB || PRINCIPIBVS EISDem doNIS || DONATO . *ob bellum suebicum* || ET SARMATIC . *ab* AVG TRAIANO || EX MILITIA IN EQVESTREM || DIGNITATEM . *t*RANSL*ato* || ARIMINI PONTIF QVINQ || TIFERNI MAT FLAMINI PONTIF || ... IN .. || L . ACONIVS . *st*ATVRA FIL || EX TESTAMENTO EIVS *cui*V*s* || DEDICATIONE . *e*PVL*um* . *decu*RIONIBVS ET PLEBI *de*DIT || L . D . D . D — Bellum Suebicum et Sarmaticum Domitiani expeditionem esse idem docet. — Not. 2. 1. F*laviae Felicis*; cf. n. 3868 et Kellerm. Vig. 59. — N. 3. dirime *quinq*. a *pontif*.

N. 3051, v. 2. corr. MEN.

N. 3052: deest post SEX . F cognomen: PROCVLI; v. ultimus, ni fallor, a falsario quodam inscriptioni agglutinatus est.

N. 3055, susp. propter nomina matris, nomen gentilicium matri et filio commune, *publicus* illud, denique propter verba *fecit* et *ex testam . f . i*. — Vereor, ne Gudius titulum ex Ligorianis potius quam ex lapide descripserit, id quod eo quoque comprobatur, quod in loco a Ligorio saepissime commemorato, i. e. in Via Latina, eum exstare Reinesius scribit. Tribum *Veturiam*, quam hic admittere Orellius minime dubitat, alibi ipse confitetur in monumentis sinceris vix reperiri (p. 18); sed cf. n. 6755.

6408. M · COCCEIO || ANICIO FAVS||TO FLAVIANO || PATRICIO || CONSVLARI || OMNIVVIR||TVTI — Constantinae. Exscr. de Grabow; misit mihi Gerhardus.

Adlectum inter patricios habes n. 5447.

6409. L · AEMIL · PERTINACI · AC||CEIANO · L · FIL · EQ · R · NAT · [1] || EQ · R · [2] ET · DEC · COL · MIS || Q · VIXIT · ANN · XL · M · III · || AEMIL · AGAPE · ET · || SOFIA · FRATRI · KARISSIM — Miseno in R. Mus. Neap. illatus. Mommsen, I. N. 2576.

1) EQ*ues Romanus* NAT*us*. 2) Error fortasse lapidarii pro EQ . P . [Mihi Pertinax est *eques Romanus*, *natus equite Romano* Mommsen.]

6409 a. Q PETICIVS Q FILIVS PAPI||RIA VICTOR EQ MEM || VIR [1] VIXIT ANNIS L — *Oum-el-Bouaghi* Africae. Renier, *premier rapport* (*extrait des archives des missions scientifiques* 1853) p. 20, ubi vide.

1) EQ*uestris* MEM*oriae* VIR, recte R.

6410. C · IVLIO || PVBLIANO || PHILIPPO · EQ · PVB || ORNATO · AN · VII · || M · II · DIER · XXI · || ISAVRICVS FIL || PIENTIS||SIMO — Romae. Act. Acad. Pont. Arch. II, p. 672.

6411. TI · CLAVDIO || TI · FILIO · PAL || SECVNDINO || AN · NAT · IX · M · IX || D XXIIX EQVO · PVB || F DVLCISSIMO — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 32.

6412. *Turma sexta equitum Romanorum*, cuius nullam Orellius mentionem fieri dixit (ad n. 3043), commemoratur Mur. 820, 2 (= 2032, 4) in titulo nimis mutilo, quam qui restitui possit, quem ipsa tamen nominum ratione ad virum quendam maioribus honoribus ornatum pertinere constat.

§. 3. PATRONI. CLIENTES.

N. 3058, v. 3. pro *in* I. III; v. 7. PROVINC . VAL; v. 10. BYZACENAE COLONOS; COM||CORDIAE sic. Mommsen, I. N. 6791.

N. 3060, spurius, ex Ligorio.

N. 3063, fragmentum est inscriptionis, quam integram dedit Donat. 187, 1; v. n. 6418.

6413. SEX · SVLPICIO · TERTVLLO ‖ Q · TINEIO · SACERDOTE · COSS[1]) ‖ COLONIA · IVLIA · AVGVSTA · VSELLIS · HOSPITI‖VM · FECIT · CVM · M · ARISTIO · ALBINO · ATI‖NIANO · EVMQVE · CVM · LIBERIS · POSTERISQ ‖ SVIS · PATRONVM · COOPTAVERVNT ‖ M · ARISTIVS · ALBINVS · ATINIANVS · HOS‖PITIVM · FECIT · CVM · POPVLO · COLON · IVLIAE ‖ AVG · VSELL · LIBEROS · POSTEROSQVE · EO‖RVM · IN · FIDEM · CLIENTELAMQVE · SVAM ‖ SVORVMQVE · RECEPIT ‖ EGERVNT · LEGATI ‖ L · FABIVS · · · · · FAVSTVS · IIVIR · QQ · SEX · IVNIVS · CASSI‖ANVS · M · ASPRIVS · FELIX · C · ANTISTIVS · PETVS · SCRIB — In tabula aenea rep. Uselli Sardiniae. Gazzera, *di un decreto di patronato e di clientela* ecc. tav. III; Cardinali, *Dipl. mil.* n. 333; Bull. Inst. Arch. 1830, p. 172.

1) Cos. a. 158.

6424. IMPP · LICINIO · VALERIANO ‖ AVGG IIII LICINIO GALLIENO ‖ AVG III ‖ COS · [1]) IDIBVS · MARTIS ‖ QVOD · COEPTVM · STVDI IVVENVM ‖ CVLTORVM · DEI · HERCVLIS · MAIORES ‖ RETVLERVNT PATRONVM COOPTANDVM ‖ PLVS SPERAMVS BENEFICIA VBERIORA ‖ POSSE CONSEQVITVROS CVIVS IN PRAETE‖RITO SVMMA (sic) DIGNATIONEM SENSIMVS ET IDE‖O COOPTAMVS RVTILIVM VIATOREM PA‖TRONVM CVM IIS QVI INFRA S S[2]) NONIVM GRA‖TILIANVM C V ET EGNATIVM SATTIANVM C V ‖ PLEROSQVE SPLENDIDOS EQVITES ROMANOS ‖ ET CONCVRIALES EIVSDEM VIATORIS QVI NOS ‖ DIGNATIONE SVA ET MERITA (sic) PROVOCAVE‖RVNT OFFERRE PER NVMERIVM NVMERIA‖NVM ATTIC · ET MAIORES EORVM[3]) — Tabula aenea rep. Beneventi, inde Romam et anno 1810 Parisios missa. Fea, *Fasti* n. 46; Mommsen, I. N. 1524.

1) a. 257. 2) *Scripti Sunt.* 3) *sc. maiores studi iuvenum* cet.

6415. HELPIDI HOMO FELIX ‖ DEVS TE SERVET ‖ FLAVIIS LEONTIO ET BONOSO CONSS[1]) ‖ VI IDVS APRILES ‖ CVM CIBES FREQVENTES COLONIAE PAESTANO‖RVM COEGISSENT BERBA FECERVNT NON ALI‖VNDE AESTIMAMVS STATVM CIBITATIS ‖ ALTIOREM CVLTIOREMQVE REDDI NISI INDVS-‖TRIVM[2]) VIRORVM PATROCINIO FVICIANTVR[3]) ‖ OPTIMI CIBES IGITVR HELPIDIO HONESTIS‖SIMO VIRO PRO DIGNITATE SVA PATRONATVM ‖ OFFERAMVS CREDIMVS QVOD IN OMNIBVS NOS ‖ PATRIAMQVE NOSTRAM FOBERE DIGNETVR ‖ HELPIDIO ‖ PLACET PLACET HELPIDIO HONESTISSIMO ‖ VIRO CVIVS TANTA AEQVITAS TRANQVILLI‖TAS DIGNITAS IVSTITIA INNOCENTIA HVMA‖NITAS EX ORIGINE PROPACATA (sic) MONSTRA‖TVR CVIVSQVE PROLES SANCTISSIMI (sic) ET EIVS VENERAVILIS FLOS DECVSQVE EST TA‖BVLAM PATRONATVS SICVTI PARENTIBVS EIVS OP‖TVLIMVS OFFERAMVS QVEM SI ACCIPERE ‖ FVERIT DIGNATVS SPERAMVS QVOD PRO HONESTATE NOMINIS SVI IN OMNIBVS ‖ NOS AEQVO SINCERAE-

QVE (sic) ANIMO ASPICERE || AC FOBERE DIGNETVR — Tabula aenea rep. Paesti, exstat nunc in Museo Neapolitano Capitis montani (*Capo di monte*). Bull. Inst. Arch. 1836, p. 152, ex apographo Urlichsii; Mommsen, I. N. 89, ubi v. cett.

1) A. 344. Bonosus idem consul ordinarius est, qui in aliis monumentis Sallustius dicitur, duobus igitur cognominibus utebatur; Borgh. l. l. 2) Num INLVSTRIVM? 3) sic; l. FVLCIANTVR.

6416. FELIX || POST CONSS DD NN ARCADI III ET ONORI II || AVGG [1]) GI [2]) KA APRIL GENVSIAE || REFERENTIBVS VAL FORTVNATO ET AVR || SILVANO QQ VERVA FAOTA (sic) SVNT DE COOPTAN||DO PATRONO FL · SVCESSO (sic) · HORNAT *i*T [3]) EX S||PLENDIDO VIRO QVOD T*ant*A FA||MILIARITATE ET *indu*STRI||A SVA SINGVLOS V*ni*BERSOS||QVE TVEATVR ET FOBEAT PLA||CET IGITVR HVIC TABVLAA (sic) || AERE INCISVM (sic) PER VIROS FRIACIPALES (sic) || OFFERRI ET APVT POENATES (sic) DOMVS HVIVS DEDICARI CENSVERVNT — Tabula aerea, quae ubi reperta sit, non traditur; nunc exstat in R. Museo Neap. — Gazzera, *dipl. di patron.* n. XXVII, ex Actis Acad. Taur. vol. XXXV; Cardinali, *dipl. mil.* n. 382; corr. Mommsen, I. N. 591.

1) A. 395. 2) l. VI. [imo VII. MOMMSEN.] 3) l. *i*T(*em*); littera enim prior, qualis a Mommsenio descripta est, E esse nequit.

6417. . . . \ · I . . . . || QVAESTVRA · IN · P*rovincia* || ASIA · FVNCTV*m* || INCOLAE · AVENT*ic*ENS || OB · EGREG EIVS ERG · *s*E MER || PATRON · P · CVI · SINGVLI || ADQ · VNIVERS · OBLIGATOS || SE · ESSE · PRAEFERVNT · ADQ || ETIAM · PARVM · SIBI · VI||DENTVR · PRAEDICARE || CVRA · T · NIGR · MODESTI || IIIIIIVIRI · AVGVSTALIS — Aventici. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 106.

6418. NOBILITATIS CVLMINI || LITTERARVM ET ELOQVENTIAE LVMINI || AVCTORITATIS EXEMPLO || PROVISIONVM AC DISPOSITIONVM MAGISTRO || HVMANITATIS AVCTORI || MODERATIONIS PATRONO || DEVOTIONIS ANTISTITI || PETRONIO || PROBO · V · C · PROCONSVLI AFRICAE || PRAEFECTO PRAETORIO || PER ILLYRICVM ITALIAM ET AFRICAM || CONSVLI ORDINARIO || OB INSIGNIA ERGA SE REMEDIORVM GENERA || VENETI ADQVE HISTRI PECVLIARES EIVS || PATRONO PRAESTANTISSIMO — A laeva: DEDICATA || VI · IDVS · AVG || DD NN · || VALENTE · VI · ET || VALENTINIANO · II || AVGG · CONS · [1]) — Romae. Donat. p. 187, 1. Vidi ipse in Mus. Cap.; cf. n. 3063.

1) A. 378.

§. 4. TRIBVS ROMANAE.

N. 3070, v. 5. VRB; Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 40.

N. 3085, v. 2. T . VIBIO . T . F; in fine IVS nunc desideratur; Kellerm. Vig. 163. — Ex numero tribuum ab Orellio prolato explodendae sunt *tribus* quas dicunt *militares*, quas ex inscriptionibus male intellectis originem cepisse nunc constat, in quibus cognomen patriae pro tribu vv. dd. habuerunt; cf. Grotefend, *die Römischen Tribus* cet. *Ztschr. f. A. IV.* 1836, p. 917. In ipsum autem XXXV tribuum indicem pro *Veientina* tribum *Camiliam* admitte; illa enim tribus nunquam fuit, cf. n. 3675. — Pro *Veturia*

in monumentis fere semper *Voturia* legitur; cf. Or. 1949 et, quas Grotefendius laudat, inscriptt. Bergomates et Placentinas, l. l. p. 916, n. 7; p. 924; 936; Mommsen, I. N. Index IV.

N. 3091: *corpus Augustale tribus Esquilinae*, (*Palatinae* cf. n. 6421) bene distinguendum a corporibus Augustalium et Sevirum Augustalium municipalibus, quorum in Urbe nulla mentio, conferas cum *corpore Iuliano tribus Sucusanae* (3097) et corporibus *seniorum, iuniorum*, cet. (3094; 3095; 3096); cf. Mommsen, Anall. 12 (*Ber. d. S. Ges. f. W.* 1850, p. 237).

N. 3092: AVGVSTALI cognomen est.

N. 3093, v. 7. FRVMENTARIÆ; v. 8. LEGVMENTARIA; v. 9. SIBI . ET; Kellerm. apud Or. Anall. p. 40.

N. 3097, not. 1. nihil corrigendum; Mommsen, I. N. 6773.

N. 3098, merito ut spurius condemnatur ab eodem, *die Römischen Tribus* p. 77.

N. 3099, valde suspectus; nota praeter alia *praefectum urbi iuri dicundo*, qui a quaestura statim ad honorem tantum provectus traditur!

N. 3100, v. 1. T . PETRONIO . T . F; v. 4. PRAE; v. 6. PRIMAE; v. 7. PRAE; v. 10. ITEM; v. 13. LAVINATI; vidi ipse in Museo Arretino. In singulis explicandis recte *eminentissimo viro* Hagenb., sed male idem *Praefecto Vrbi*. Cetera facile intelliguntur. Not. 8. *Primus Pilus*.

N. 3103: de municipiis tribubus adscriptis cf. Grotefend, *die Römischen Tribus* cet. *Ztschr. f. A. W.* 1836, n. 114—118.

N. 3104: quod eodem tempore eiusdem municipii cives diversarum tribuum erant, eo explicatur, quod diversis etiam municipiis unus civis adscriptus esse poterat, ad singulas vero tribus singuli cives pertinere debebant; cf. n. 6426.

N. 3105: libertos tribu ornatos habes nn. 6424; 6425.

N. 3107, ex schedis desumptus; quapropter ante LIBERTVS excidisse litteram T censeo.

6450. P · PAQVIVS · SCAEVAE · ET · FLAVIAE · FÍLIVS · CONSI · ET · DÍDIAE · NEPOS · | BARBÍ · ET · DÍRVTIAE · PRO · NEPOS ‖ SCAEVA · | QVAESTOR · DECEM · VIR · STLÍTI · BVS (sic) · IVDICANDÍS · EX · S · C · POST · QVAESTVRAM · QVATTVOR · VIR ‖ CAPITALIS · EX · S · C · [1]) | POST · QVAESTVRAM · ET · DECEM · VIRATVM · STLITIVM · IVDICANDARVM · TRIBVNVS · PLEBIS ‖ AEDILIS · CVRVLIS · | IVDEX · QVAESTIONIS · [2]) | PRAETOR · AERARÍ · [3]) | PRO · CONSVLE · PROVINCIAM · CYPRVM · OPTINVIT ‖ VIAR · CVR · EXTRA · V · R · EX · S · C · INQVINQ · [4]) PRO · COS · ITERVM · EXTRA · SORTEM · AVCTORITATE · AVG · CAESARIS ‖ ET · S · C · MISSO · AD · COMPONENDVM · STATVM · IN RELIQVVM · PROVINCIAE · CYPRÍ · FETIALIS · ‖ CONSOBRÍNVS · ÍDEMQVE · VIR · FLAVIAE · CONSÍ · FÍLIAE · | SCAPVLAE · NEPTIS · | BARBÍ · PRONEPTIS · SIMVL · CVM · EA · CONDITVS — ab altera parte: FLAVIA · CONSI · ET · SINNIAE · FÍLIA · | SCAPVLAE · ET · SINNIAE · NEPTIS · | BARBI · ET · DÍRVTIAE ‖ PRONEPTIS · | CONSOBRINA · EADEM · QVE · VXOR · P · PAQVIÍ · SCAEVAE · FILIÍ · SCAEVAE · CONSI ‖ NEPOTIS · BARBI · PRONEPOTIS · | SIMVL · CVM · EÓ · CONDITA — Histonii, intus in arca gemina ingenti. Grut. 360, 3; Mur. 728, 1; v. Mommsen, I. N. 5244.

1) Munus, ni fallor, extra ordinem datum, quod distinguas a triumviratu capitali. 2) Cf. n. 592. 3) Cf. ad n. 6455. 4) INQVINQ*uennium*. — Ex honorum indole et consecutione satis apparet, maiorem partem eorum ad aetatem pertinere anno 727 Urbis priorem.

6451. CN · PETRONIO ‖ PROBATO ‖ IVNIORI · IVSTO · C · V ‖ LEG · *l*EGION · DVARVM ‖ XII*ii* · GEMIN · ET · VIII · AVG ‖ SE*ptemviro* · *e*PV*l*O*n* ‖ PROCONS · PROVINC · CRETAE ‖ LEG · PROVINC · ACHAIAE[1]) ‖ PRAET · FIDEIC*om*MISSAR[2]) ‖ TRIBVNO *ple*BIS ‖ *quaes*TORI · P*rovi*NCIAE ‖ *a*FRIC*ae* ‖ *cura*TORI · R*ei* PV*b*LI-CAE ‖ ARDEAT*i*NORVM ‖ QVATTVORVIR · VIARVM ‖ CVRANDA-RVM ‖ M · TERENTIVS · AELIANVS ‖ 7 L*eg* · *v*III · AVG ‖ PR*ae-si*DI · IVSTISSIMO — Nolae. Mommsen, I. N. 1988, ubi v. ceteros.

1) Legatus, sc. proconsulis. 2) Praetores fideicommissarii duo a Claudio instituti sunt; Titus pro duobus unum tantum voluit esse; cf. Marquardt, *Handb. d. R. Alterthümer* II, 3, p. 263. — Ab iis nomine tantum diversum esse PRAETOR*em* SVPREMAR*um* (sc. voluntatum), quem habes n. 6454, Borghesius proposuit, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 195.

6452. TI · CLAVDIO ‖ SAETHIADAE ‖ CAELIANO ‖ CL · FRONTINI ‖ COS · F · X · VIR ‖ STL · IVD · TRIB · MIL · LEG ‖ III · GALLICAE · Q · PROVINC ‖ SICILIAE · CANDIDATO · IMP ‖ ANTONINI · ET · VERI · AVGVSTOR ‖ SODALI · HADRIANALI ‖ TRIB · PLEB · PRAET · FID · COM ‖ LEGATO · LEG · XI · CL · AVG ‖ PATRONO · COLONIAE ‖ D · D — Montorii inter Salernum et Abellinum. Op. cit. 1881 (cf. 1879; 1880), ex Borghesi, *dichiaraz. d'una lapide Grut.* p. 29 (Actt. Acad. Taur. vol. XXXVIII).

6453. MEMORIAE ‖ TORQVATI · NOVELLI · P · F ‖ ATTICI ·[1]) X̄ · VIR · STLIT · IVD ‖ TRIB · MIL · LEG · I · TRIB · VEXILLAR[2]) ‖ QVAT*t*VOR · Ī · V̄ · X̄X̄ · X̄X̄Ī · Q · AED ‖ *pr* · AD · HAST ·[3]) CVR · LOCOR · PVBLIC ‖ *leg* · CENS · ACCIP · ET · DILECT · ET ‖ *proco*S · PROVINC · NARBON ‖ *in cui*VS · HONORIS · FINE ‖ *annos* AGENS · XXXXIIII ‖ *die prim*O IVLII DECESSIT — Tibure. Murat. 750, 9; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 317. [Mihi titulus a Muratorio ex schedis editus valde suspectus est. Mommsen.]

1) De eo cf. Plin. N. H. XIV, 28, 5. 2) Corr. VEXILLAT. 3) PR . HASTA-R*ium* habes Or. 2379.

6454. C · AEMILIO · BERE · · · · ‖ CIÁNO ·[1]) MAXIMO ‖ CŌS · V̄ĪĪ VIRÓ EPVLÓN · PRÓC*os* ‖ SPLENDIDISSIMÁE PROVINCIA*e* ‖ NARBONÉNSIS · LÉG · PROPR · PRÓVIN*ciae* ‖ ASIÁE · PRÁETORI · SVPRÉMÁR ·[2]) ALLECTO ‖ INTER · TRIBVNIC · A · DĪVO · MAGN · ANTO‖NĪNO · Q̄ · VRBÁNO · TRIBV́N · LÁTICLAVIO ‖ LEG · ĪĪĪĪ · SCYTHICÁE · ITEM · V̄ĪĪ · GEMINÁE ‖ ITERATO · TRIBVNÁTV · X̄ · VIRÓ · STLITIBVS ‖ IVDICANDIS — Nemausi. Millin, *voyage* IV, p. 254; paullo correctius Pelet, *Inscriptions antiques que renferme le Cavaedium de la porte d'Auguste* n. 41. Ego apographum secutus sum Millingenii, a Borghesio mecum communicatum.

1) BERE*ni*CIANO, Borghesi in Ann. Inst. Arch. 1853, p. 195. 2) PRAETORI. SVPREMAR*um*, sc. *voluntatum*, id. qui nomine tantum a praetore fideicommissario eum differre credit.

6455. L · CALPVRNIVS · PISO ‖ M · SALVIVS ‖ PR · AER [1] ‖ AREAM · EX · S · C · A PRIVATIS ‖ PVBLICA · PECVNIA · REDEMTAM ‖ TERMINAVER — Romae, *in marmore reperto ad aediculam S. Salvatoris in statera, prius S. Saturnini* cet. Grut. 200, 4.

1) PR*aetores* AER*arii*, quos praefectorum loco anno 731 Augustus aerario praefecit (Dio 53, 32; Tac. Ann. XIII, 29). Eam certe aetatem etiam Salvius cognomine carens indicat. Quamquam si quis pro *praefectis aerarii* viros illos habere maluerit, ad confirmandam sententiam titulo n. 5172 uti poterit, in quo praefectus aerarii Saturni solis litteris PR designatur. — Quaestores Claudius rursum aerario imposuit (Tac. l. l.; Dio 60, 24), quorum exemplum maxime memorabile haec inscriptio exhibet:

6456. *t* · *do*MITIO · T · F · VEL · DECIDIO [1] ‖ *iii* · VIRO · CAPITALI ‖ *adlec*TO · A · TI · CLAVDIO · CAESARE ‖ *augus*TO · GERMANICO · QVI · PRIMV*s* ‖ *quaes*TOR · PER · TRIENNIVM · CITRA ‖ *ordine*M · PRAEESSET · AERARIO · SATVRNI ‖ PRAETORI — Romae. Grut. 1103, 2; rest. Borghesius, *Burbuleio* p. 46.

1) Pater Domitiae Decidianae Iulii Agricolae; Tac. Agr. 6. — *Praefectos aerariorum Saturni* et *militaris* videsis passim in lapidibus.

6456a. L · AQVILLIO · C · F · POM · FLORO ‖ TVRCIANO · GALLO ‖ X · VIR · STL · IVD · TRIBVNO · MIL · LEG · $\overline{\text{VIIII}}$ [1] ‖ MACEDONIC · QVAESTOR · IMP · CAESAR · AVG ‖ PROQVAEST · PROVINC · CYPRI · [2] TR · PL · PR · PROCOS · ACHAIAE
Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑ‖ΓΟΥ ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ Χ ΚΑι ‖ Ο ΔΗΜΟΣ Λ·ΑΚΥΛΛΙΟΝ ΦΛΩ‖ΡΟΝ ΤΟΥΡΚΙΑΝΟΝ ΓΑΛΛΟΝ ΑΝ‖ΘΥΠΑΤΟΝ ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ‖ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ‖ ΕΠΙ ΙΕΡΙΑΣ ΙΠΠΟ-ΣΣΘΕΝΙΔΟΣ ΤΗΣ ΝΙΚΟΚΛε‖ΟΥΣ ΠΙΡΑΙΕΩΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ
— Athenis, sub acropoli, ubi ad propylaea adscenditur. Misit mihi v. c. Vischer professor Basileensis, qui nuper edidit in libello, cui titulus est: *Archäologisches und Epigraphisches*, *Basel* 1854, 4.

1) Legio VIIII Macedonica hoc monumento primum commemoratur. 2) Proquaestorum rara admodum in lapidibus mentio est, neque ante inventum hunc titulum aliud mihi exemplum notum erat nisi Graeca quaedam inscriptio C. I. G. 5597. Cf. praeterea Marquardt, *Handb. d. R. Alterth.* III, 1, p. 283.

6457. T · TITIVS · T · F · SER · TAPPO · XXVI · VIR [1] ‖ T · TITIVS · T · F · SER · POPPALENVS · PATER ‖ GESSIA · M · F · MATER · TITIA · T · F · RVFA · SOROR ‖ PARCITIS · HEREDI · ET · VOS · INSENTIBVS · DEDITE · MORTI ‖ SIQVID · MORTVI · HABENT · HOC · MEVM · ERIT · CETERA · LIQ ‖ ARBITRATV · Q · VMBRICI · Q · F · CLA · FLACCI ‖ *h* · M · H · N · S — Rep. Nomenti, nunc in horreis Mus. Vat., ubi vidi cum Mommsenio. Actt. Acad. pontif. arch. I, 1, p. 107; Kellerm. Vig. not. ad n. 250.

1) Cf. Dion. 54, 26: liberae rei publicae tempore *vigintisexviri* appellabantur, qui postea *vigintiviri* erant. In quorum numero quum antea praeter IIIviros capitales, IIIviros monetales, IIIIviros viarum (in Urbe) curandarum, Xviros stlitibus iudicandis IIviri quoque viarum extra Urbem curandarum et IIIIviri praefecti Campaniae fuissent, Augustus illorum quidem loco curatores viarum instituit, in Campaniam vero praefecti mitti desierunt. Id quod male Kellerm. anno U. c. 741 factum esse dicit (l. l.). Recte autem idem v. d. scribam eorum apud Mar. Arv. p. 806 exstare docet.

6458. M · ARRIVS · M · F ‖ M · SEXTIVS · M · F ‖ DVOVIRI · D · C · S ·[1]) VIAM ‖ FACIVND · ET · REFICIVND ‖ COERAV — Apud castrum maris de Volturno. Grut. 152, 2; melius Apian. 116, 1; Mommsen, I. N. 3538.

1) De *Conscriptorum* [*Consilii*? MOMMSEN.] *Sententia*? — Borghesius, *della gente Arria* p. 13. duumviros hos fuisse censet viarum extra Urbem curandarum; id quod minus certum mihi videtur esse propter illud D . C . S, pro quo *De Senatus Sententia* exspectaverim. Emendare tamen notam minime audeo, quippe quae in altero titulo redeat originis incertae, licet Pompeiis a Guarinio adscripto:

6459. · · · MAENIVS · P · F ‖ · · · · BINIVS · Q · F ‖ DVO · VIR ‖ D · C · S · VIAS · F · C — Neapoli in Museo Regio. Mommsen, I. N. 6354.

neque ad senatum Romanum eam referre placet.

6460. D · M ‖ M · MESSI · M · F · GAL ‖ RVSTICI · AEMILI ‖ AFRICI · CVTI · ROMVLI ‖ PRISCIANI ‖ X̄·VIR STLITIBVS ‖ IVDICANDIS ‖ AEMILIVS · PAPVS ‖ ET · CVTIA · PRISCA · PARENTES ‖ INFELICISSIMI ‖ FILIO · OPTIMO — In vico *Castelmadama* dioecesis Tiburtinae. Giorn. Arcad. XXI, 1824, 63.

6461. · · · CL · POLLIONI ‖ IVLIANO ‖ *ae*LIO · GALLICANO ·[1]) C · V ‖ *x* VIRO · S · C · LITI*b* · IVDIC[2]) ‖ *qu*AEST · CANDIDATO ‖ *a*DLEC · INTER · PRETOR ‖ *p*R̄O · COS · PROV · BAETIC ‖ *l*EGATO · PROV · ASIAE ‖ PATRON · COL · ‖ *fl*AMINI · PERPET ‖ *o*RDO · AVGVSTAL — Nolae. Bull. Neap. IV, p. 51; rest. Borghesius l. l. p. 85; Mommsen, I. N. 1985, qui vidit et correxit.

1) Postero tempore Germaniae superiori praefuit; cf. Or. 182. 2) Borghesius exemplo parum accurato deceptus minus recte hunc versum restituit.

6462. M · ORFIO · M · F ‖ M · N · RVFO ‖ III · VIR · A · A · A ‖ F · F · PATER — Telesiae. Mommsen, I. N. 4852.


6463. M · HERENNIVS · M · F ‖ MAE · RVFVS ‖ PRAEF · CAP · CVM ·[1]) Q — Alsii (*Palo*). Titulum litteris magnis et satis vetustis exaratum exscripsit I. B. de Rossi. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 172.

1) PRAEF*ectus* mihi est CAP*uanus* CVM*is*, unus ex quattuor praefectis, qui e vigintisexvirum numero populi suffragio creati quotannis in Campaniam mittebantur (cf. Fest. s. v. *praefecturae*, p. 233 ed. M.; Liv. IX, 20; Dion. 54, 26). Quos quamquam omnes Capuae sedem habuisse Kienius nuper proposuit (*Bundesgenossenkr.* p. 57 seqq.), nihil tamen obstare videtur, quominus singulos singulis Campaniae regionibus praefuisse dicamus. Inter decem vero civitates, quas huius generis praefecturas fuisse Festus tradit, statim post Capuam Cumae laudantur, civitas sane conspicua, et ob ipsam erga Romanos fidem digna, quae praefecti sede honoraretur. — Sin autem de nomine *praefecti Capuani* aliquis dubitaverit, nomen minime teneo: rem teneo. In summa enim rerum ambiguitate facile concedo fieri potuisse, ut Capua et Cumae ad eandem Campaniae regionem pertinuerint, cuius praefectus appellatus sit *praefectus Capuae Cumis*. [Praefecti hi quattuor omnes mihi videntur dicti esse *praefecti Capuae Cumis*, ut a potioribus oppidis nomen traxerint neque tamen minus reliquis quoque praefuerint. *Capuanus* autem pro *Campano* in huius aetatis titulo non potest admitti. MOMMSEN.]

6464. M · FOLVIVS · M · F · *fl*AC ·[1]) ‖ C . SEMPRONIVS · TI · F · GRAC ·[2]) ‖ C · PAPERIVS · C · F · CARB · ‖ III · VIRE · A · I · A ·[3]) — Columnae parvulae tres; tertiae tamen sola pars superior exstat. In loco, qui dicitur *Costa Diana* in agro *Roccae S. Felicis* veterum

Hirpinorum cippus primus repertus est, alter in loco non multum inde distanti, qui dicitur *le Sterpaje*; tertius nescio unde provenerit. Santoli, de Mephiti et vallibus Anxanti, p. 67; 62; Bull. Inst. Arch. 1847, p. 166; Mommsen, I. N. 1094. Vidit nuper Brunnius et correxit. Cf. I. N. 275 et Or. 570; 3138. — In parte superna haec legit Brunnius:

In columna prima: In altera: In tertia:



1) In altero exemplo M. F. FL.... 2) GRAC in altero exemplo deesse videtur. 3) A*gris* I*udicandis* A*dsignandis*. — Inscriptiones in parte superna exaratae *lapidariae* sunt *inscriptiones in verticibus*, vel *litterae singulares*, de quibus Hyginus p. 353, ed. Lachm.

6465. Quem triumvirum A*gris* V*eteranis* D*andis* I*udicandis* in titulo Mur. 5, 2 Borghesius (*della gente Arria* p. 16) repperisse sibi visus erat, eum pravae lectioni Muratorianae debemus, qua deceptus vir summus minus recte titulum interpretatus est. Recte enim iam Apianus 127, 3 scripsit AVDI; unde quattuorvirum *c*AVDI Mommsenius suo iure in inscriptionem recepit: I. N. 2513.

6466. P · CORDIO · P · FIL · STELL ‖ VETTONIANO · EQ · R · EQ · P · FLAMINI ‖ DIVI · VESPASIANI · PONTIFICI ‖ IVDICI · SELECTO · EX · V · DECVR · DEC ‖ · · · STATVAM · EQV· · · · · (sequuntur versus 10. nimis mutili, quam qui restitui possint) — Augustae Taurinorum. Bull. Inst. Arch. 1832, p. 35.

6467. L · IVNIO · BL*aesi* (?) ‖ F · QVIRI*na* ‖ MARONI Æ · · · · ‖ PATERNO · LANCIEN*si* ‖ OMNIB · IN · REPVBLICA ‖ SVA · HONORIB · FVNCTO ‖ IIVIR · BIS · SACERD · ROM · ET ‖ AVG · CONVENT · ASTVRVM ‖ ADLECTO · IN · QVINQ · DECVRI‖*as* · · · ITVMÆ [1]) ROMAE · IVDICANTIVM ‖ FLAMINI · AVGVSTALI · P · H · C ‖ P · H · C [2]) — De Laborde, *Voyage de l'Espagne* pl. 88, 23.

1) Corr. *iud*IcVM. Quid sit AE, non liquet. — Titulus gravis certe momenti ad indolem iudicum quinque decuriarum melius declarandam. [Supple *leg*ITVMAE. Argumentum indicat Gaius 4, 104: *Legitima sunt iudicia, quae - - sub uno iudice accipiuntur - - . Imperio vero continentur recuperatoria - -*; quod explicare non huius loci est. MOMMSEN.] 2) P*rovinciae* H*ispaniae* C*iterioris*, P*rovincia* H*ispania* C*iterior*.

6468. C · AVCIVS · C · FIL · GAL · MACRINVS ‖ OMNIBVS · HONORIB · IN · COLONIA ‖ FVNCTVS · ADLECTVS · ROMAE · IN ‖ *qui*NQVE D*ec*VRIAS VIVOS *s*I*b*I ‖ · · · · · · · · · · · · — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* V, 7, p. 163.

6469. · · · · · · · · QVIR · POSTV*mo* · *patr* · MVNICIPII ‖ *flamini* · *divi* · *h*ADRIANI · PERPETVI · [1]) QVINQ · DECVR · IVDI‖*cum* · *inter* · QVATRINGENARIOS · [2]) ADLECTO · A · DIVO ANTO‖*nino*

*au*G · PIO · OMNIB · HONORIB · CIVITATIS · SVAE · HO‖*norific*E · FVNCTO · ITEM · LEGATIONE · GRATVITA · APVD ‖ *divum* HADRIANVM · ET · APVD · AMPLISSIMVM ORDINEM DE ‖ *vectiga*-LIB REDHIBENDIS · PLEBS · GAVLITANA · EX · AERE CON‖*lato ob* PLVRA MERITA EIVS · ❦ · D · D ❦ — In insula Gauli. Mur. 1048, 4.

1) Num PERPET . IN . ? 2) Cf. Or. 2357.

6470. Q · DECIO · Q · F · M · N ‖ SATVRNINO ‖ PONTIF · MINORI · ROMAE · TVBICINI ‖ SACROR · PVBL · P · R · QVIRIT · PRAEF · FABR ‖ TER · CVRATORI · VIARVM · LABIC ‖ ET · LATINAE ‖ TRIB · MIL · PRAEF · FABR · I · D · ET · SORTIEND ‖ IVDICIBVS · IN · ASIA ‖ IIII · VIR · I · D · VERONAE ‖ Q · BIS · IIVIR · ITER · QVINQ · PRAEF ‖ QVINQ · TI · CAESARIS · AVGVSTI · ITER ‖ DRVSI · CAESARIS · TI · F · TERTIO · NERONIS ‖ CAESARIS · GERMANICI · F · PONTIF · FLAMIN ‖ ROMAE · IT (sic) DIVI · AVG · PERPETVO · EX AVCTOR ‖ TI · CAESARIS · AVGVSTI · ET · PERMISSV · EIVS ‖ COOPTATO · COLONIAE · PATRONO ‖ PVBLICE · D · D — Aquini. Mommsen, I. N. 4336; v. et corr. ibi in Add. E. Philippi; cf. 4335. 4337.

§. 7. MAGISTRATVS ET HONORES SVB IMPERATORIBVS.

N. 3157: recte ab Hagenbuchio ad aetatem Antonini Pii refertur, cf. n. 3422; not. 2. *Primi*P*ilus*.

N. 3158: M . GAVI*o* ‖ MAXIMO ‖ PRAEFECT*o* ‖ PRAETOR*io* ‖ L . CAMMIV*s* ‖ SECVND*us* ‖ P . P . PRAEF . LEG . . ‖ PROC . AVG ‖ AMICO — Seccaviae. Kellerm. Vig. 118, not. ex *Alterthth. d. Oestr. Mon. (Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 298.

N. 3159, v. 2. V C .; vidi ipse in Museo Florentino.

N. 3160, v. 8. ADQVE; v. ult. CONLOCARIQVE; Kellerm. Vig. n. 264. Versuum ordinem aliasque res minoris momenti de consulto non adnotavi.

N. 3162, v. penult. COLLIGEVS Mommsen, I. N. 2502; COLLEGEVS Gervasius, *iscr. di Mavorzio*, in quo libello aeri titulum incidit. De ipso viro cf. Borghesium apud Gervas. op. cit. p. 14 sqq. et nostrum n. 6481; de *Decatrensibus* verum invenit Minervinius (*Mon. ined. di Barone* 1, p. 43; *nuove osservazioni intorno la voce Decatrenses*, Neapoli, 1852, 4), ad *Δεκάτερα* Delmatiae, quae *Decadaron* geographo Ravennati, nunc vero *Cattaro* dicuntur, collegium illud referens, quod negotiandi caussa Puteolis consistebat.

N. 3163: init. deest MAVORTI . IVN; pro *Dekatrenses* l. DECATRENSES; Mommsen, I. N. 2504.

N. 3169: v. 5. corr. CREPEREIVS; cf. n. 6480.

N. 3171: versus duo priores iam non leguntur in marmore; videntur autem in tabula insculpti fuisse dextero lapidis lateri immissa, cuius foramen adhuc exstat: v. 3. T . ARRVTENII; v. 4. T . ARRVTENIO; $\overline{\text{VC}}$; v. 6. PICENI ANNO; fin. OPTVLI pro *posui*; Kellerm. apud Orell. Anall. epigr. p. 40.

N. 3172: in latere sinistro: DEDICATA . XI . KAL . MAI ‖ GALLO . ET . FLACCO . COS, i. e. anno p. Chr. 174.

N. 3173: spurius; Borghesi, *sull' età di Giovenale* p. 10, ex *Giorn. Arcad.* tom. CX.

N. 3174, v. 2. pro *aug.* l. V. C; v. 3. IVRID; v. 12. corr. IVRIDICAT? cf. n. 3177. Tonini, *Rimini* p. 364; pertinet ad tempus Gallieni; cf. n. 3392.

N. 3176, v. 1. C . F; omissus est v. 2. SILVESTRI . P . P; v. 3. PATR .; v. 6. ALLECTO; cf. *Atti dell' Accad. pontif.* IV, p. 129; Bull. Inst. Arch. 1845. p. 131.

N. 3177: v. 4. FLAMN; v. 11. FABR; Tonini, *Rimini* p. 363, 74.

N. 3178. a Grutero auctoritate Lipsii et schedarum Ursinianarum firmatur, a Muratorio autem ex Ligorio affertur; unde nulla ei a Mommsenio fides habetur; *Epigr. Anall.* 22 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852), p. 247. Neque tamen plane inter spurios ablegandum titulum esse prae ceteris officium *IIII . milit.* mihi persuadet, quod singulare antea et inauditum nunc in altero quodam monumento legitur; v. n. 6827.

N. 3180, v. 1. M . F; v. penult. 7 . FR, i. e. *centurio frumentariorum.* Vidi ipse in Mus. Cap.

N. 3183; cf. ad n. 3151.

N. 3187: ante IMP . CAES supple *auctore.* Pertinet inscriptio ad Cornelium Palmam; nam posita est inter a. 856 et 867, quorum altero Dacici, altero Optimi nomen Traianus assumpsit. Quibus annis quum bella tantum Dacicum et Arabicum gesta sint, illi autem gerendo ipse Traianus praefuerit, hic de Arabico agi patet. Cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 342.

N. 3189, init. pro *ti* l. FL; v. ult. EX P . PRET . FIE.

N. 3191: v. 1. BABVRIO; post PRAEFECTO . PRAETORIO delendum videtur esse illud IVDICI TERTIO. De iis, quae varie in variis editionibus leguntur, cf. Mommsen, I. N. 2618.

N. 3194: v. 2. EX . COM — Vidi in Museo Capitol.

6471. FL · SALLVSTIO · V · C || CONS · ORDINARIO · 1) || PRAEF · PRAET · COMITI · || CONSISTORII · VICARIO · || VRBI · ROMAE · VICARIO · || HISPANIARVM · VICARIO || QVINQ · PROVINCIARVM · 2) || PLENO · AEQVITATIS || AC · FIDEI · OB · VIRTVTIS || MERITORVMQ · GLORIAM || MISSIS · LEGAT · IVS · SAC · 3) || HISPANIAE · DICAVERVNT · || a latere: DEDICATA V · KAL · IVN · || DIVO · IOVIANO · AVG · ET · VARRONIANo || COSS · 4) — Romae, in Foro Traiani. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 142.

1) cos. a. p. Chr. n. 363. 2) De *quinque provinciis* (Galliae) contra Gothofr. ad C. Th. XVI, 10, 15 disputavit nuper Böcking, ad Notit. dign. occ. XXI p. 470* sqq., easdem eas fuisse asserens, quas *septem provincias* ab aliis appellatas videmus. Eius enim ex sententia ita dicebantur *Alpes maritimae, provincia Narbonensis (prima et secunda), Viennensis, Novempopulana, Aquitania (prima et secunda). Vicarius per Gallias septem provinciarum* est in titulo n. 6910. 3) IVS*sione* SAC*ra.* 4) A. p. Chr. n. 364.

6472. FLAVIO · PLACIDO || SEVERO · V · C · PRO · COS · ORIENTIS || PROV · AFRICAE · ET · V · S · 1) IVDICANTI || PRAEF · VRBI · ET · V · S · IVDICANTI · ITE||RVM · COMITI · ORD · PRIMI · INTRA · PA||LATIVM · PRAEF · PRAET · CONSVLI · ORDO 2) || PLACIDVS · SEVERVS · V · C · FILIVS · PATRI · RELIGIOSO || ET · ANTONIA · MARCIANILLA · C · F · NVRVS || SOCERO · SANCTISSIMO — Fea, *Fasti* n. 55, ex Ms. Chisiano.

1) Vice Sacra. 2) l. ORD(*inario*); cos. a. 481.

6473. FL ⸙ OLBI AVXENTI DRAVC*i* || FL · OLBIO AVXENTIO DRAVCO V C · ET INL · PATRICIAE FAMILIAE || SENATVS MVNIS PROMPTA DEVOTIONE PERFVNCTO || COMITI ORDINIS PRIMI ET VICARIO VRBIS ROMAE COMITI || SACRI CONSISTORII PRAEFECTO VRBIS ROMAE 1) OB EGREGIA || EIVS ADMINISTRATIONVM MERITA QVAE INTEGRITATE || CENSVRA ET MODERATIONE ITA VIGVERVNT VT SVBLIMISSI||MAE POTESTATIS REVERENTIAM HONORIFICA EIVS AVCTO||RITAS CVSTODIRET

ET HVMANITATEM AMABILIS CENSVRA || SERVARET PETITV SENATVS AMPLISSIMI QVI EST IVSTVS || ARBITER DIGNITATVM EXCELLENTIBVS ET MAGNIFICIS || VIRIS LEGATIONE MANDATA VT INPETRATORVM DIGNI||TAS CRESCERET QVAE PARIBVS STVDIIS AMORE IVSTITIAE || ET PROVIDENTIAE DESIDERABANTVR · DD NN · FF · LL · || THEODOSIVS ET PLACIDVS VALENTINIANVS INVICTI || AC TRIVMFATORES PRINCIPES SEMPER AVGVSTI · || AD REMVNERATIONEM TITVLOSQVE VIRTVTVM QVIB · || CIRCA REMPVBLICAM EXIMIA SEMPER PROBITAS || INVITATVR STATVAM AVRO FVLGENTEM ERIGI || CONLOCARIQVE IVSSERVNT — Romae, rep. a. 1852 in fundamentis aedium Savorelliorum, sed olim in foro Traiani collocatam fuisse basim docet de Rossi, qui edid. in Bull. Inst. Arch. 1852, p. 182 sqq.

1) A. 441 (l. l.); quum vero anno 445 denuo ut praefectus commemoretur *geminisque* dicatur *fascibus comprobatus*, ante annum 445 statua ei erecta est; l. l.

6474. L · VOLVSIO · *l. f. saturnino* || COS[1]) AVG · SO*dali augustali* || SODALI · TITIO · *praef. urbi*[2]) || LEG · PROPR · TI · *caesaris aug* — Venetiis. Rest. Borghesius, *Giorn. Arcad.* XLIX, 1831, p. 280 seqq.; ex eo Cardinali, *Dipl.* n. 275.

1) Suff. a. 756 cum P. Silio. 2) Plin. N. H. VII, 14, 62; XI, 38, 223; cf. Tac. Ann. XIV, 56; XIII, 30.

6475. ASTERII || L · TVRCIO · SECVNDO · C · V || FILIO · L · TVRCI · APRONIANI · C · M · V[1]) || PRAEF · VRBI[2]) NEPOTI || L · TVRCI · SECVNDI · C · M · V || CONSVLI · PRAETORI · QVAESTORI || COMITI · AVGVSTORVM · CORRECTORI || PICENI · ET · FLAMINIAE · ELOQVENTIA || IVSTITIA · INTEGRITATE · AVCTORITATE || PRAESTANTI · IN · OMNI · DENIQVE || VIRTVTE PERFECTO · ORDO || SPLENDIDISSIMVS · AMITERNINAE || CIVITATIS · OB INSIGNEM · ERGA SE || AMOREM · PATRONO · DIGNISSIMO || STATVAM · EX AERE || POST ADMINISTRATIONEM || AD PERPETVI NOMINIS || GLORIAM DEDIT[3]) — Romae, in Mus. Vat., ubi vidi. *Novell. lett. Fior.* 1780, p. 549.

1) *Clarissimae Memoriae Viro.* 2) A. 339. 3) Fratris Turcii Aproniani titulum habes n. 1100. Ipse autem Turcius Secundus Asterius commemoratur in n. 1099, quo Constantii et Constantis aetate eum vixisse docemur.

6476. *illu*STRI VIRO ET OMNIVM RETRO PRAEFECTO||*rum i*NDVSTRIAM SVPERGRESSO ATTIO INSTEIO TERTVLLO || *quaestori* · *k* · *prae*TORI · K · CONSVLI · CORRECTORI || *venetiae et histriae*[1]) PRAEPOSITO · FABRI||*cae*[2]) *praefecto urb*IS ROMAE[3]) || · · · · · · · · · · · · · · || INOPIA · IN · · · · · · · · · · · · · · · · || MISERIAE ATQVE INCOMPARA*bili* · · · · *in* || APERTVM PERICVLVM PRORVEBANT RECREA||TAE ATQVE CONFOTAE REDDITIS PRISTINIS || VIRIBVS CONVALESCERENT ET AETERNVM ROBVR || ACCIPERENT ATQVE EIVS AEGREGIA FACTA ET IN SE || MVNIFICENTIAM SINGVLAREM CORPVS MAGNA||RIORVM[4]) GRAVI METV ET DISCRIMINE LIBERATVM || EI STATVAM AERE · IN-

SIGNEM LOCAVIT ‖ CVRANTIBVS ‖ FLAVIIS RESPECTO · PANCKARIO SABINIANO PALASS[5] ‖ ET FLORENTIO VV · P · P · P · P · CORP · MAG · [6] DIGNO · PAT — Basis magna, rep. Romae anno 1776, nunc in Mus. Vat., ubi vidi. Fea, Fasti n. 49, apud quem v. ceteros.

1) Cf. monumentum Patavinum ab eodem Tertullo dedicatum Maximiano Augusto (Or. 1050). 2) sc. armorum; cf. Notit. dign. Occ. c. VIII; Or. c. X, ubi fabricae recensentur, quae sub dispositione *magistri officiorum* erant; Gothofr. ad C. Th. VII, 20, 10. — *Tribunus fabricarum* est apud Amm. Marc. XIV, 7, 18; XV, 5, 9; *praepositus fabricae* XXIX, 3, 4. Neque vero uni cuidam fabricae Tertullum consularem praefuisse credo, quod munus erat *viri perfectissimi* (cf. Grut. 283, 4), sed omnibus fabricis unum eum praepositum fuisse censeo. 3) A. 307; cf. Corsini p. 163; Fea et Furlanetto ll. ll. 4) Magnarii sunt negotiatores magni; cf. 4074; 4264 cett. 5) [PALASS, quod ex continua oratione eximendum videtur esse, fortasse est *Principis Auctoritate Loco* ASS*ignato*. MOMMSEN.] 6) *Viris* P*erfectissimis* P*rae*P*ositis* CORP*oris* MAG*nariorum*.

6477. *t*ANAVCIVS · SFA‖LANCIVS · VC · PRAE‖FECTVS VRBI VICE ‖ SACRA ITERVM ‖ IVDICANS CVRAVIT [1] — Romae, rep. in Aventino. Bull. Inst. Arch. 1832, p. 153.

1) De eius aetate nihil constat; sed Borghesius l. l. eundem eum esse suspicatus est cum Phalangio consulari Baeticae, qui vixit sub Valentiniano I; cf. Amm. Marc. XXVIII, 1, 26.

6478. PRO BEATITVDINE TEMPORVM ‖ FELICITATEMQVE PVBLICI STATVS · IMP ‖ D · D · D · N · N · N · THEODOSI · ARCADI ET HONOR ‖ PERENNIVM · AVGVSTORVM ‖ RIPAM MACELLI DEXTRA LEBAQVE ‖ AD GRATIAM · SPLENDOREMQVE ‖ CIVITATIS PVTEOLANAE INSTRVCTVM (sic) ‖ DEDICAVIT · FABIVS · PASIPHILVS · V · C · ‖ AGIS (sic) · VICEM PRAEFECTORVM PRAETORIO ‖ ET VRBI [1] — Rep. Puteolis, nunc in R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 2500. In fine tituli hinc corona, illinc palmae ramus.

1) Titulum post XII. Kal. Dec. anni 393 et ante IV id. Ianuarias anni 395 exaratum esse Augustorum mentione constat; illo enim die Honorius Augustus nominatus est, hoc Theodosius decessit. Iam vero Eugenius tyrannus a. d. VIII id. Sept. demum devictus est, neque ante mortem eius imperatores orientis in monumento Puteolano commemorare licebat. Hinc apparet, inter dies VIII. id. Sept. a. 394 et IV id. Ian. a. 395 monumentum positum esse. Pasiphilus autem, qui officio plane singulari utriusque praefecti vices egit, statim post victoriam a Theodosio Romam missus erit, ut remotis Eugenii praefectis eorum munera pro tempore ipse susciperet; cf. Borghesium et I. B. de Rossi, *Bull. Nap. nuova serie* II, p. 150 et p. 154.

6479. *imp* · *ca*ES · DIVI · AN*tonini* · *pii* ‖ *fil* · *div*I · HADRIAN*i* · *nep* · *divi* ‖ *traia*NI · PARTH*ici* · *pronep* ‖ *divi* · *n*ERVAE · A*bnepoti* ‖ *l* · *aure*LIO · VERO · AV*g* · *armen* ‖ *parthi*CO · MAX · M*edico* · *tr* · *p* · ‖ *vi* · *imp* · *i*V · COS · II · DES · *iii* · [1] *procos* ‖ *pro*PAGATORI · *imperii* · *romani* ‖ *codica*RI · NAVICVLA*ri* · *infernates* ‖ *cur* . . . . . M · F · PALATIN*a* . . . . . ‖ . . . . . *pr*AEF · ANN*onae* ‖ *curam* · AGENTIBVS . . . . ‖ . . . . Q · ATINIO · Q · F . . . . ‖ . . . . . ORIO · M · F · AR*n* ‖ *cur* · *an*N · IIII · [2] C · MESS*io* . . . ‖ . . . . . O · L · F · HELIOD*oro* — Rep. ad turrem Amarantianam in V. Appia, nunc Romae, ubi vidi. Annal. Inst. Arch. 1851, p. 161; *Arch. Ztg.* 1848, p. 376.

1) A. 166. 2) *Curatore* (vel *curatoribus*) *an*N*i quarti* aerae cuiusdam collegii codicariorum.

6480. MIRAE IVSTITIAE ATQ EXI‖MIAE MODERATIONIS ‖ L · CREPEREIO MADALIANO V · C ‖ PROCOS · P A [1]) ET VICE SACRA IV‖DICANTI COMITI ORDINIS PRI‖MI VICARIO ITALIAE [2]) PRAEF ANN ‖ VRB [3]) CVM IVRE GLADII CON‖SVLATV [4]) PONTI ET BITHYNIAE ‖ CORRECTORI · · · · — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentr.* n. 44.

1) Provinciae Africae. 2) Fuit *vicarius Italiae* sive *agens vicem praefecti praetorio per Italiam* circa a. 341; cf. Cod. Theod. XVI, 10, 2. 3) PRAEF*ectus* ANN*onae* VRB*is*. 4) corr. CONSVLARI. In Notit. dign. per Orientem Bithyniae consularem quidem legimus praepositum fuisse, ipsam autem provinciam a Ponto separatam.

6481. FORTISSIMO · ET · PIISSIMO · ‖ · PRINCIPI · SVO · ‖ M · AVRELIO · CARINO · ‖ RVFIVS · VOLVSIANVS · ‖ V · C · ‖ · EORVM · IVDICIO · ‖ · BEATISSIMVS · ITERVM · ‖ CORRECTOR [1]) — ab altero latere: MAVORTII ‖ · Q · FLAVIO · MAESIO · EGNATIO ‖ LOLLIANO · C · V · Q · K · PRAETORI · VR‖BANO AVGVRI PVBLICO POPVLI ‖ ROMANI · QVIRITIVM · CONS · ALBEI ‖ TIBERIS · ET · CLOACARVM · CONS · OPE‖RVM PVBLICVM CONS · AQVARVM ‖ CONS CAMPANIAE COMITI FLAVIALI ‖ COMITI · ORIENTIS · COMITI PRIMI ORDINIS ‖ PROCONSVLI PROVINCIAE AFRICAE [2]) ‖ REGIO PORTAE TRIVMPHALIS PATRONO DIGNISSIMO — Puteolis. Bull. Neap. IV, p. 74; Gervasio, *Osservazioni sulla iscr. onoraria di Mavorzio Lolliano*, p. 41, ubi v. eruditam Borghesii epistolam de Lollianis a Firmico commemoratis; Mommsen, I. N. 2497 et 2503. Cf. Orell. 3162. 3163.

1) Titulus gravissimi momenti, quippe quo Carini aetate correctores iam fuisse probetur, de qua re dubitaverat olim Borghesius (apud Cavedonium, *Marmi modenesi* p. 291), ad Diocletiani tempora eorum originem referens; cf. quae nunc idem v. d. exposuit in Ann. Inst. Arch. 1853, p. 221 sq., item quae Mommsenius scripsit *röm. Feldm.* II, 196, qui correctores ab Aureliano institutos esse affirmant, qui Tetricum devictum correctorem sive *Lucaniae* sive *totius Italiae* fecisse dicitur. — De correctoribus extra ordinem nominatis sive legatis missis ad corrigendum statum provinciae alicuius cf. n. 6482 seq. 2) Fuit postea etiam praefectus Urbi (a. 1095), consul ordinarius et praef. praetorio Italiae (ann. 1108); Borghesi, l. l.

6482. · · · · · · · · · RIO · PONTIFICI · ‖ *legato aug* · *a*D CORRIG*en*DVM · STATVM · ITALIAE · [1]) ‖ · · · · DE [2]) LEGATV*s p*RINCIPVM IN PROVINCIA ‖ · · · · · · · · INFERIOR*i*S · LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIAE ‖ · · · · · · RIS · [3]) GERM*a*NICAE EXPEDITIONIS · LEGATO ‖ · · · · · · · IVRIDICO PER *a*EMILIAM ET LIGVRIAM · CVRATOR ‖ · · · · · · · · *leg* · *prov* · *afr*ICAE REGIONIS · HIPPONIENSIS · PRAETORI ‖ · · · · · · · · *sevi*RO TVRMARVM EQVESTRIVM ‖ · · · · · · · · · · · *a*MANTI*s*SIMO — Casini. Mur. 1049, 5; corr. Mommsen, I. N. 4237.

1) Legati nonnunquam extra ordinem ab imperatore in provinciam aliquam mitti solebant, ut *statum eius corrigerent*; ita Plinium a Traiano in Bithyniam missum esse constat, *quoniam multa in ea emendanda apparuerant* (Ep. X, 44). Eiusdem generis legati sunt C. Iulius Proculus, qui sub Traiano imperatore LEG*atus* fuit AVG*usti* P*ro* P*raetore* REGION*is* TRANSPADANAE, cui alio modo fieri non potest, ut legatus imperatoris praefuerit (Or. 2273 = Mar. I. A. n. XLV), et P. Pactumeius

Clemens, cuius inscriptionem v. n. 6483. Interdum etiam *correctores* appellantur, cuius nominis quamquam in Latinis exempla desiderantur, in Graecis certe exstant tituli Ti. Severi (C. I. Gr. 4033. 4034), qui *ΠΡΟΣ ΠΕΝΤΕ ΡΑΒΔΟΥΣ* dicitur *ΠΕΜΦΘΕΙΣ ΕΙΣ ΒΕΙΘΥΝΙΑΝ ΔΙΟΡΘΩΤΗΣ ΚΑΙ ΛΟΓΙΣΤΗΣ ΥΠΟ ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ*, et L. Egnatii Victoris Lolliani *ΤΟΥ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ ΥΠΑΤΙΚΟΥ ΕΠΑΝΟΡΘΩΤΟΥ ΑΧΑΙΑΣ* (C. I. Gr. 1624); cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 213 seqq., et de quinque fascibus Mommsen, Bull. Inst. 1852, p. 172 seqq. 2) *dein*DE? 3) Vel *inferioris* vel *superioris*, fortasse Pannoniae. Inscriptio enim ad aetatem M. Aurelii bellumque ab hoc contra Germanos gestum videtur pertinere.

6483. P · PACTVMEIO · P · *f* ‖ QVIR · CLEMENTI ‖ XVI-RVM · STLITIBVS · IVDICAND ‖ QVAEST · LEG · ROSIANI · GEMINI ‖ *s*OCERI · SVI · PROCOS · IN ACHAIA ‖ *tr*IB · PLEB · FETIALI · LEGATO · DIVI ‖ HADRIANI · ATHENIS · THESPIIS ‖ PLATEIS · ITEM IN THESSALIA [1]) ‖ PRAETORI · VRBANO · LEGATO ‖ DIVI · HADRIANI · AD RATIONES ‖ CIVITATIVM · SYRIAE · PVTANDAS [2]) ‖ LEGATO · EIVSDEM · IN · CILICIA ‖ CONSVLI · [3]) LEGATO · IN · CILICIA ‖ IMP · ANTONINI · AVG · LEG · ROSIANI ‖ GEMINI · PROCOS · IN · AFRICA ‖ · · · · RIS · · · · · · · · · · · · ‖ PATRONO · IIII · · · · · · · NIARVM [4]) ‖ D D P P [5]) — Constantinae. *Exploration de l'Algérie*, Archéol. pl. 153, 2.

1) Ita quoque Messius Maximus est *missus in provinciam Achaiam ad ordinandum statum liberarum civitatum* (Plin. Ep. VIII, 24; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 213. 2) Cf. titulum sequentem et, quem paullo ante laudavi, *ΔΙΟΡΘΩΤΗΝ ΚΑΙ ΛΟΓΙΣΤΗΝ*. 3) Cos. suff. a. 138 = 891; cf. Bull. Inst. Arch. 1843, p. 194. 4) *municipiorum et coloniarum*? cf. Hamilton, *Researches in Asia Minor*, app. n. 173 (n. 6912), vel potius *IIII coloniarum*, ut est in n. 7016. 5) *Decurionum Decreto Permissu Proconculis.*

6484. L · BVRBVLEIO · L · F · QVIR ‖ OPTATO · LIGARIA-NO · ‖ COS · [1]) SODAL · AVG · LEG · IMPERAT ‖ ANTONINI · AVG · PII · PRO · PR · PROV ‖ SYRIAE IN QVO HONOR · DE-CESSIT · LEG · ‖ EIVSDEM · ET · DIVI · HADRIANI · PRO · PR · PROV ‖ CAPPAD · CVR · OPER · LOCOR · Q · PVBL · PRAEF · ‖ AERAR · SATVRN · PROCOS · SICIL · LOGISTE (sic) · ‖ SYRIAE · [2]) LEGAT · LEG · XVI · FL · FIRM · CVR · REI · P · ‖ NARBON · ITEM · ANCONITANOR · ITEM · ‖ TARRICIN · CVRAT · VIAR · CLODIAE · CASSIAE ‖ CIMINAE (sic) · PR · AED · PL · Q · PONTI · ET · BITHYN · ‖ TRIB · LATICL · LEG · IX · HISPAN · III · VIR · KAPIT ‖ PATR · COL ‖ RASINIA · PIETAS · NVTR · FILIAR · EIVS ‖ S · P · P · L · D · D · D — Minturnis rep., nunc in R. Museo Neap. Borghesi, *sull' iscr. di L. Burbuleio*, *Napoli* 1838; accuratius Mommsen, I. N. 4060.

1) De eius honoribus temporibusque eorum doctissime disseruit Borghesius, l. l. — Cos. fuit ante annum 891 = 138, quo Cappadociae eum praefuisse scimus, et fortasse paullo ante a. 884; l. l. p. 56 et 77. 2) Cf. titulum praecedentem.

6485. · · ARRIO · · ‖ *q*VIR · ANTO‖NINO · PRAE*f* ‖ AERARI · SATVRN*i* ‖ IVRIDICO PER ITALIAM · *re*‖GIONIS TRANSPADA-NAE P*ri*‖MO [1]) FRATRI ARVALI PRAETOR*i* ‖ CVI PRIMO IVRIS-DICTIO PVPILLA‖RIS A SANCTISSIMIS IMP MANDATA ‖ EST [2]) AEDIL CVRVL AB ACTIS SENATVS SE‖VIRO EQVESTRIVM

TVRMAR TRIBVNO ‖ LATICLAVIO LEG IIII SCYTHICAE IIII ‖ VIRO VIARVM CVRANDAR QVI PRO‖VIDENTIA MAXIMORVM IMPERAT MIS‖SVS VRGENTIS ANNONAE DIFFCVLI (sic)‖TATES IVVIT [3]) ET COSVLVIT (sic) SECVRI‖TATI FVNDATIS REIP · OPIBVS · ORDO ‖ CONCORDIENSIVM PATRONO OPT ‖ OB INNOCENTIAM ET LABORI (sic) — Concordiae. Exstat nunc penes Ioannem Muschietti Portogruari. Ann. Inst. Arch. 1853, p. 188 seqq., ubi quae Borghesius summa cum doctrina de hoc titulo exposuit, mox exemplo quod dominus nuper edidit meliore plene confirmata sunt.

1) Iuridicos a M. Aurelio Aug. institutos esse, Capitolinus tradit (Marc. 11). Eos quinque numero et viros praetorios fuisse ex lapidibus Borgh. eruit, simul ostendens, quo modo singulis singulae regiones Italiae assignatae fuerint (l. l.). [Vide quae scripsi *röm. Feldm.* II, 192 sq. MOMMSEN.] — Nomen Arrii Antonini, quod olim posueramus ex coniectura Borghesii, nunc eum qui vidit ex lapide excepisse docemur, cf. l. l. p. 224 seqq. 2) Fuit igitur primus *praetor tutelaris* a M. Aurelio (Capitol. 10) et L. Vero institutus; cf. l. l. p. 191, ubi emendandum fragmentum Vat. Paulli §. 244 et scribendum esse demonstratur *ex epistolis* pro *ex epistola*. Praetores tutelares videsis apud Or. 3164; 3672 cet. [De praetore tutelari vide quae data opera exposui *epigraph. Anal.* 26, Berichte der sächs. Ges. 1852, p. 268, hunc titulum edens. MOMMSEN.] 3) De fame gravissima anno tertio M. Aurelii imperatoris in Italia orta v. Capitol. c. 8 et 11, qui et ipse institutionem iuridicorum eidem fere tempori assignat.

6486. L · FVLVIO · GAVIO · N*umisio* · *petronio* ‖ AEMILIANO · COS · I · . . . . ‖ PONTIF ELECTO · AB · OP*timo imp* · *severo* ‖ ALEXANDRO · [1]) AVG · AD *ius dicendum* ‖ PER REGIONEM · TRA*nspadanam* [2]) ‖ PRAET · CAN*d* . . . . ‖ LVGDVNEN*ses* . . . . — Capuae (*S. M. di Capua*). Mommsen, I. N. 3604, cf. Or. 3134.

1) Nomen Alexandri in litura repositum est. 2) i. e. *iuridicus*.

6487. Ab iuridicis vero Italiae regionibus impositis probe distinguendi sunt *iuridici* sive *legati iuri dicundo* provinciarum, viri itidem praetorii, legatis pr. pr. eodem modo adiuncti, quo proconsulibus legati assessores. Ex his affero *C. Sabucium C. f. Quir. Maiorem Caecilianum*, consulem suffectum sub imperio Commodi et *sodalem Augustalem Claudialem*, qui quum *tribunus plebis* et *praetor candidatus*, mox CVRAT · VIAE · SALAR · ET · ALIMENTORVM fuisset, factus est IVRID · PER · FLAMIN · ET · VMBRIAM, deinde IVRID · PROV · BRITTANNIAE [1]); postea vero praefectura aerarii militaris functus *legatus* fuit *Aug* · *pr* · *pr* · *prov* · *Belgicae* et *proconsul prov* · *Achaiae*. — Eius titulum in basilica Ostiensi effossum cum Borghesio communicavit Melchiorrius, ipsum monumentum mox editurus; cf. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 24; 1853, p. 203.

1) Cf. Mur. 691, 7; Fabr. Col. Trai. p. 10.

6488. M · VETTIO · M · F ‖ AN · VALENTI ‖ QVAESTORI · PROVINC ‖ MACEDON · AEDILI · PLEB ‖ SEVIRO · EQ · ROM · PRAET ‖ LEG · PROVINC · NARBONENS ‖ IVRID · PROVINC · BRITAN ‖ *leg* · LEG · XV · APOLLINAR ‖ PROVINCIA · BRITANNIA ‖ PATRONO — Arimini. Grut. 1102, 3; corr. Borghesius apud Tonini, *Rimini* p. 351, 4.

6489. SEX · PEDIO · SEX · F ‖ ARN · HIRRVTO ‖ LVCILIO · POLLIOn ‖ COS · PRAEF · AER · MILITAR ‖ LEG AVG IVRID · · · · · · ET ‖ CAIIAIC 1) · · · · · · · · ‖ VIAT · · · · · · — In fundo *Marcosimone* agri Romani. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 64; corr. Ann. 1853, p. 205.

1) IVRIDicus *asturiae* ET GALLAECiae; cf. Ann. 1853, l. l.

6490. T · IVLIO · SEX · F · VOLT · MAXIMO · MA · · · · · ‖ BROCCHO · SERVÍLIAN · A · QVADRON · · · · ‖ L · SÉRVILIO · VATIAE · CASSIO · CAM · · · · ‖ LÉG · AVG · LEG · IIII · FLAVIAE · LÉG · AVG · LEG · I · ADIVT*ricis* ‖ IÝRIDICO · HISP · CITERIOR · TARRACÓNÉNS · PRA · · · 1) ‖ PROVINCIAE · HISP · VLTERIORIS · BAETICAE · 2) DON*ato* ‖ BELLO · DÁCICO · CORONIS · MVRÁLI · ET · VALLÁRI *et arg* | VÉXILLO · TRIB · MIL · LEG · V · MACEDONIC · SEVIRO · *eq* ‖ RÓM · TVRM · I · X · VIRO · STLITIBVS · DIIÝDIC*andis* 3) ‖ CALAGVRRITÁNI · EX HISPANIA · CITERIORE · PATRO*no* — Nemausi. Millin, *voyage* IV, p. 248; Ann. Inst. Arch. 1839, p. 147; Pelet, *Inscriptions antiques que renferme le Cavaedium de la porte d'Auguste* n. 43. accuratius ceteris.

1) Supple PRA*et*. *q*(uaestori). 2) Cf. IVRID. HISP. CIT apud Mur. 1033, 2 et Mommsen, I. N. 1420 (ubi v. ceteros); LEG. IVR. *p*ROV. HISP. TARRACONENS apud Mur. 250, 2, et titulum sequentem. 3) Ita ex apographo Millingeniano, Ann. l. l.; ceteri IVDICANDIS.

6491. Q · SERVILIO ‖ Q · F · HOR ‖ PVDENTI 1) ‖ TRIB MIL LEG IIII SCI‖IIIICAI 2) Q PRO‖VINCIAE SICILIAE ‖ TRIB PE 3) PRAETOR ‖ PRAE · · · RVMEN‖EI DAM · · · VRIDI‖CO P · · · INCIAE ‖ PA · · · · · · · · NF 4) ‖ MI · · · COS ERE 5) ‖ P AEL IRENAEVM — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentr. app.* n. 16; exemplum, quod hic secutus sum, communicavit mecum Borghesius, qui in Ann. Inst. Arch. 1852, p. 25. de eo verba fecit.

1) Cos. a. 919 = 166. 2) l. SCY‖THICAE. 3) l. TRIB. PL. 4) l. PRAE*f* *f*RVMEN‖*ti* DAN*di i*VRIDI‖CO P*rov*INCIAE ‖ PA*nnoniae i*NF. 5) CO*n*S*uli p*ER? — Restituerem *praef. aer.* MI*lit.* COS, si spatium sufficeret.

6492. L · RAGONIO · L · F · PAP · VRINATIO ‖ LARCIO · QVINTIANO · CoS ‖ SODALI HADRIANALI LEG LEG ‖ XIIII GEM DONIS · MILIT · DONATO AB ‖ IMP · (COMMODO) 1) ANTONINO AVG ‖ PROCOS · PROV · SARDIN · IVRIDICO ‖ PER · APVL · PRAEF FD PRAET ‖ AED · PL · Q · PR · PR · PROVINC · ‖ AFRICAE · 2) SEVIRO ‖ TI · CL · PHAEDIMPVS ‖ H C 3) — Romae, in Mus. Vat. Sarti, de cryptis Vat. p. 68; vidi ipse. Cf. 2377 et 2702, et Grut. 1029, 1.

1) Nomen Commodi abrasum et postea restitutum est. 2) *Quaestor pro praetore* liberae rei publicae aetate is quaestor dicebatur, qui loco praetoris sive mortui sive absentis provinciam regebat et interdum etiam cum iure praetorio in eam missus praetoris vices agebat; imperatorum vero temporibus omnes quaestores proconsulum

eo nomine utebantur; cf. Borghesi, Decad. numism. X, 5, p. 24 sq. 3) [Num transposita littera legendum est PHAEDIMVS *Posuit Honore Contento*? Mommsen.]

6493. L · MEMMIVS · C · F · GAL · Q · TR · P*leb* ‖ FRVMENTI · CVRATOR · EX · S · C ‖ PRAEFECTVS · LEG · XXVI · ET · VII ‖ LVCAE · AD · AGROS · DIVIDVNDOS ‖ PONTIFEX · ALBANVS ‖ MEMMIA · FILIA · TESTAMENTO · SVO · FIERI · IVSSIT — Romae, in Mus. Vat., ubi vidi. Card. *Dipl.* n. 326; Borghesi, Decad. num. I, 8, p. 24. Ad aetatem Augusti monumentum spectat.

6494. Q · ARTICVLEIO ‖ REGVLO ‖ PR · PROCOS · LEG · IMP · CAESARIS · AVG · P · P · ‖ PATRONO — Canusii. Mommsen, I. N. n. 640.

6495. *c* · CALPE*tano* ‖ RAN*tio* ‖ QVIRINAL*i* ‖ *va*LERIO · P · F · POMP · F*esto* 1) ‖ *iiii*VIR · VIAR · CVRAND · T*r* · *mil* ‖ *leg* · VI · VICTR · QVAESTORI · SE*viro* ‖ *equ*IT · ROMANOR · TR · PLEB · PRAET*ori* ‖ *soda*LI · AVGVST · LEG · PRO · PRAET · EX*ercitus* ‖ *afric*AE · 2) COS · DONATO · AB · IMPER · *vespas* · ‖ *has*TIS · PVRIS · IIII · VEXILLIS · IIII · CO*ronis* ‖ *iiii* · VALLARI · MVRALI · CLASSICA · A*urea* 3) ‖ *cu*RATORI · ALVEI · TIBERIS · ET · RIPA*rum* 4) ‖ *po*NTIF · LEG · AVG PRO · PR · PROVIN*ciae* ‖ *pa*NNONIAE ET PROVINC*iae* ‖ HISPANIAE 5) ‖ PATRONO ‖ PLEBS · VRBANA — Tergeste. Kandler, *esplorazioni di antichità nell' agro tergestino*, n. 9; rest. Borghesi, Bull. Neap. IV, p. 34.

1) De nominibus eius cf. Grut. 197, 4 cet. 2) Cf. Tac. Hist. IV, 49: *tum legionem in Africa regebat Valerius Festus* cet. Idem Pisonem proconsulem interfecit et Garamantas fudit (l. l. 49. 50). 3) Sc. propter victoriam de Garamantis reportatam. Donis vero militaribus post consulatum commemoratis Borghesius fasces eum statim post legationem gessisse probavit, fortasse ante reditum eo honore ornatum; l. l. p. 35; recte igitur consulatum eius anno 824 = 71 assignari; cf. Mar. Arv. p. 129, et Borghesium apud Minervinium, *Tettia Casta* p. 27. 4) Annis 825 et 826; cf. Grut. 197, 4. 5) Annis 832 et 833; cf. Grut. 245, 2; Mur. 2007, 5; 2012, 7.

6496. T HATERIO NEPOTI ‖ ATINATI PROBO ‖ PVBLICIO MATENIANO ‖ COS PONTIF TRIVMPHALIB ‖ *ornamentis honorato* 1) ‖ : . . . . — Fulginii. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 312.

1) Ornamenta triumphalia post Traiani aetatem non commemorantur; cf. Borghesi, l. l. p. 336—349.

6497. P · TVLLIO ‖ VARRONIS · FIL ‖ STEL · VARRONI · COS 1) ‖ AVGVRI PROCOS PROVINC ‖ AFRICAE · LEG · AVG · PRO · PR ‖ MOESIAE · SVPERIOR · CVRAT ‖ ALVEI TIBERIS · ET · RIPARVM ‖ ET · CLOACARVM VRBIS · PRAEF ‖ AERARI · SATVRNI · PROCOS · PROV ‖ BAETICAE · VLTERIORIS · HISPA‖NIAE · EG · LEG XII · FVLMINATAE ‖ ET · VI · VICTRICIS · P · F · ‖ PRAETORI · AEDIL · CERIALI ‖ QVAESTORI · VRB · TRIBVNO ‖ MILIT · LEG · XVI · FL · X VIRO · STLITIBVS ‖ IVDICAND · PRAETORI · ETRVRIAE 2) QVINQVENNALI · TARQVINIS ‖ P · TVLLIVS · CALLISTIO ‖ POSVIT — Tarquiniis

(*Corneto*). Bull. Inst. Arch. 1830, p. 198; Ann. eiusd. 1832, p. 151; corr. Kellerm. Vig. 249.

1) Circa aetatem Traiani; pater enim eius legatus fuerat Vespasiani (Grut. 476, 5). 2) Sc. *quindecim populorum*; cf. n. 96; 97; 3149.

6498. L · MINICIO · L · F · GAL · NATALI ‖ QVADRONIO · VERO · COS · 1) PROCOS ‖ PROV · AFRICAE · AVGVRI · LEG · AVG ‖ PR · PR · PROVINCIAE · MOESIAE · INFER ‖ CVRATORI · OPERVM · PVBLICORVM ‖ ET · AEDIVM · SACRAR · CVRAT · VIAE ‖ FLAMIN · PRAEF · ALIMENTOR · 2) LEG ‖ AVG · LEG · VI · VICTR · IN BRITANNIA ‖ PRAETORI · TRIB · PLEB · CANDIDATO ‖ QVAESTORI · CANDIDATO · DIVI ‖ HADRIANI · ET · EODEM · TEMPORE · LEGATO ‖ PROV · AFRIC · DIOECESEOS · CARTHAGINIEN ‖ PROCONSVLIS · PATRIS · SVI · 3) TRIB · MIL · LEG · I ‖ ADIVT · P · F · ITEM · LEG · XI · CL · P · F · ITEM · LEG ‖ XIIII · GEMIN · MARTIAE · VICTRIC · III · VIRO ‖ MONETALI · A · A · A · F · F · PATRONO · MVNICIPII ‖ CVRAT · FANI · HERC · V · 4) DECVRIONES · TIBVRT ‖ EX AERE · COLLATO · Q · Q · 5) MAXIMI · EXEMPLI — a latere: CVRANTE ‖ M · TVLLIO · BLAESO — Tibure. *Saggiatore* 1846, vol. VI, p. 270 seqq.; Ann. Inst. Arch. 1849, p. 223; vidi ipse.

1) Cos. circa a. p. R. c. 880 = 127. 2) Curam viae et alimentorum, quas postea unum munus fuisse constat, separatim Minicium obtinuisse probare conatus sum, universae rei alimentariae eum praefuisse ratus; Ann. l. l. 3) Cf. n. 5450. 4) HERCulis Victoris. 5) QuinQuennali.

6499. P · MVMMIO · P · F · GAL · SI‖SENNAE · RVTILIANO ‖ COS · 1) AVGVRI · PROCOS ‖ PROVINC · ASIAE · LEGATO · AVG ‖ PR · PR · MOESIAE · SVPERIORIS ‖ PRAEF · ALIMENT · PER · AEMILIAM ‖ PRAEF · AER · SATVRNI · LEG · LEG · VI ‖ VICTRIC · PRAETORI · TR · PL · QVAEST ‖ TRIB · LEG · V · MACED · XVIRO · STLI‖TIB · IVDIC · PATRONO · MVNICI‖PII · CVR · FANI · H · V · 2) SALIO · HER‖CVLANII · AVGVSTALES ‖ L · D · S · C ‖ in dextro latere: DEDICATA KAL IVN · MAXIMO ‖ ET · ORFITO · COS 3) — in sinistro: CVRANTIBVS · P · RAGONIO · SATVR‖NINO ET · C · MANLIO · MARCIANO Q ORDINIS AVGVSTALIVM TIBVRTIVM 4) — Tibure. Grut. 1097, 7; Don. IV, 16; Ann. Inst. Arch. 1844, p. 46 corr. ex apographo Borghesii. Vidi ipse in Museo Florentino. — Male apud Or. 3933.

1) A. 886 = 133. 2) Herculis Victoris. 3) A. 925 = 172. 4) Quaestores Augustalium praeter Tiburtinum solos novi Allifanos; cf. 3101. 3954. 7114.

6500. Q · LOLLIO M *f*IL ‖ QVIR VRBICO 1) COS ‖ LEG AVG PROVINC GERM ‖ INFERIORIS FETIALI LEGATO 2) ‖ IMP *h*ADRIANI IN EXPEDITIONE ‖ IVDA*i*CA QVA DONATVS EST ‖ HASTA PVRA CORONA AVREA IR · · (?) ‖ LEG AVG *leg* I M IN *d*AC*i*A (?) PR CANDIDA*to* ‖ HAST*a*R TR P*l* CAND L*eg* · PATRIS S*u*I ‖ P*r*O COS AS*i*AE 3) QVAEST VRBIS *tr* ‖ LATICLAVIO LEG · XXII · 4) PRIM ‖ IIIIVIRO 5) VIARVM CVRAN*d* 6) ‖ PATRONO D D P P —

Kedine prope Constantinam. Exscr. de Grabow; misit mihi Gerhardus. Ipse emendavi, ut potui.

1) Postea legatus Britanniae factus Britannos vicit circa a. 896 (cf. Eckhel, D. N. VII, p. 14) ac deinde in Italiam reversus praefectura urbis functus est; cf. Grut. 38, 13 et Corsinium, series praefect. urb. p. 74 sqq., quem male tempus eius praefecturae constituisse Borghesius docuit (Ann. Inst. Arch. 1853, p. 225); ad eam enim pertinere caussam Volumnii Sereni, de qua Fronto (*ad amicos* II, 6 et 7) ad Arrium Antoninum refert, quem primum regionis Transpadanae iuridicum fuisse vidimus (cf. n. 6485). 2) In exemplo mecum communicato est FETIAL HE cet. 3) Ita emendavi litteras AVG L MINAQRAIRCANDIDA . . . ‖ CASTR III R P CANDIDARISSIII ‖ PO COS ASAI; cf. Borghesi, Ann. 1853, p. 225. 4) IIC . XX . 5) PIII . 6) CVRANTI.

6501. C · POPILIO · C · F · QVIR · CARO ‖ PEDONI · COS · VII · VIRO · EPVLON ‖ SODALI · HADRIANALI · LEGATO ‖ IMP · CAESARIS ANTONINI AVG ‖ PII · PRO · PR · GERMANIAE · SVPER · ET · EX‖ERCITVS · IN EA · TENDENTIS · 1) CVRATORI ‖ OPER · PVBLICOR · 2) PRAEF · AERARI · SATVR ‖ CVRATORI · VIAR · AVRELIAE · VETERIS · ET ‖ NOVAE · CORNELIAE · ET · TRIVMPHALIS ‖ LEGATO · LEGIONIS · X · FRETENSIS ‖ A CVIVS · CVRA · SE · EXCVSAVIT · PRAETORI ‖ TRIBVNO · PLEBIS · Q · DIVI · HADRIANI · AVG ‖ IN OMNIBVS · HONORIBVS · CANDIDATO ‖ IMPERATOR · TRIB · LATICLAVIO · LEG · III ‖ CYRENEICAE · DONATO · DONIS · MILI‖TARIBVS · A DIVO · HADRIANO · OB ‖ IVDAICAM · EXPEDITIONEM · X · VIRO ‖ STLITIBVS · IVDICANDIS · PATRONO ‖ MVNICIPI · CVRATORI · MAXIMI · EXEMPLI ‖ SENATVS · P · Q · TIBVRS ‖ OPTIME · DE · RE · PVBLICA · MERITO — Tibure in Mus. Vat. translatus. Grut. 457, 6; corr. Kellerm. Vig. 247, ubi v. ceteros.

1) Cf. n. 5427. 2) Anno p. Chr. n. 150; cf. Marin. Arv. p. 220.

6502. *t* · CAESE*rnio* · *statio* ‖ QVINCTI*o* ‖ *macedoni* ‖ QVINCTIA*no* · *cos* ‖ SODALI · AVG · *curat* ‖ VIAE · APPIAE · P*raef* · *alim* ‖ LEGATO · LEGIONIS · · · · · ‖ PIAE · FIDELIS · CO*m* · *divi* · *veri* ‖ PER · ORIENTEM · 1) *praet* · *cand* ‖ INTER · CIVES · ET · *peregr* · *trib* ‖ PLEBIS · CANDIDATO · *legato* · *per* ‖ AFRICAM · MAVR*etaniam* · *q* ‖ CANDIDATO · TRI*buno* · *mil* ‖ LEGIONIS · TR*igesimae* · *ulpiae* ‖ *vi*CTRICIS · T*riumviro* ‖ *au*RO · ARGEN*to* · *aeri* · *f* · *f* · ‖ *pat*RONO · CO*loniae* ‖ D *d* ‖ SERVI*lius* · · · · · · · · · · ‖ AMIC*o* · *optimo* — A *Civitanova* Dalmatiae in Mus. Veron. transl. Marini Arv. p. 18; ex apographo Borghesii edidi in *Zeitschr. f. A. W.* 1848, p. 297; Ann. Inst. Arch. 1849, p. 230.

1) Quamquam non liquet, quo anno consul Caesernius fuerit, L. Veri comitem eum fuisse Borghesius ideo statuit, quia pater eius ante annum 903 consul fuerat; eo enim anno *consularis*, i. e. legatus pr. pr., Germaniae superioris erat, ut hac inscriptione docemur: I . O . M ‖ *e*T GENIO LO*ci* ‖ Q . TA . VI . . . ‖ SATVRNNV*s* ‖ BF . CAESERN ‖ STATIANI ‖ COS . GALLI‖CANO . ET . VE‖TERE . COS — Divione. Ann. l. l. p. 231.

6503. SE*r* · CAL*pu*R*nio* · *ser* *f* · · · · 1) ‖ DEXTRO C M *v* 2) ‖ *cos* ORD · 3) XV · VIR · *Sac* · *fac* 4) ‖ *leg* · *p*ROV · ASIAE · *cur* ·

rei · *p* ‖ MINTVRNENSIVM · · · · · · IA · · · ‖ ITEM CALENORVM CVR VIA*e* · AE*m* ‖ ET · ALIMENTORVM · PRAET · TVTEL ‖ *q*VA*est*ORI · CANDIDATO ‖ TRIVMVIRO MONETALI ‖ CALPVRNIA · RVFRIA ‖ AEMILIA · DOMITIA ‖ SEVERA · C · F · FILIA ‖ PATRI · PIISSIMO ‖ SECVNDVM VOLVNTATE (sic) EIVS — Rep. in fundo *Marcosimone* agri Romani, nunc in Villa Pinciana Borghesiorum. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 64; correxi in Ann. Inst. 1849, p. 228.

1) Deest tribus. 2) *Clarissimae Memoriae Viro.* 3) A. 978 = 225. 4) Mentione huius sacerdotii confirmatur etiam, titulum n. 1849 genuinum esse.

6504. P · IVLIO IVNIANO MARTIALIANO C V ‖ COS · QVAEST · PROVINCIAE ASIAE · TRIB ‖ PLEBEI · PRAETORI CVRATORI CIVITATIS CA‖LENORVM · CVRATORI VIARVM CLODIAE ‖ CASSIAE ET CIMINIAE PRAEFECTO AERARI MILI‖TARIS PROCONSVLI PROVINCIAE MACEDONIAE ‖ LEGATO LEG · III · AVG · SEVERIANAE *alexandrianae* ‖ PRAESIDI ET PATRONO RES PVBLICA CIRTENSIVM DE‖CRETO ORDINIS DEDIT DEDICAVITQVE — Constantinae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk. Algerien*, n. XXIV (*Abh. d. k. baier. Akad. d. W.* V, 2.). — Alterum apographum v. c. de Grabow communicavit mecum Gerhardus. Id cum Hefneriano exemplo verbis quidem plane conspirat, versuum tamen distributione ab eo differt. Post nomen *Severianae* alterum nomen abrasum esse indicat; in fine tituli litterae leguntur A · P · R · M, quae nescio quid sibi velint.

6505. *fo*RTISSIMO ‖ *cle*MENTISSIMO ‖ *gl*ORIOSISSIMO ‖ *p*RINCIPI ‖ *d* · N · FLAVIO · VA*l* ‖ *c*ONSTANTINO ‖ *p* · F · INVICTO AVG ‖ Q · ATTIVS GRANIV*s* ‖ CAELESTINVS · V · C · CV*r* ‖ ALV · TIB · ET · CLOAC · S · V · 1) D · N · M · Q · EI*us* — Romae, in foro Traiani. Card. *Dipl.* n. 220; Bull. Inst. Arch. 1829, p. 37; ipse edidi in Ephem. Ienens. 1847, p. 244, postea vero archetypum vidi, unde correxi.

1) *Sacrae Vrbis.*

6506. C · MEVIO · C · F · DONATO ‖ IVNIANO · CONSVLI ‖ PROCONSVLI · SICILI‖AE · PROVINCIAE · PR · ‖ AEDILI · Q*uae*-*s*TORI SI‖CILIAE PROVINCIAE ‖ CVRATO*ri* · CIVITATIVM ‖ VNIVERSARVM PRO‖VINCIAE *sici*L*i*AE · LEG · AVG ‖ P · · · · · · O-RIC · 1) L ‖ · · · · VTDTTFE ‖ desunt versus tres ‖ · · · · LERCAHL — Lapis valde detritus exstat Lanuvii ad portam. Mur. 364, 2 = 434, 4. Ipse vidi et cum magno labore exscripsi cum Mommsenio. Litterae, quas in fine notavimus, satis incertae sunt.

1) Fortasse LEG . AVG . P*r* . *pr* . *prov* . *n*ORIC*i*; sed tum ordo dignitatum turbatus est, nisi forte honores senatorios prius enumeratos, deinde vero legationes commemoratas esse credere licet.

6507. C · CAELIO · CENSORI‖NO · V · C · PRAET · CANDI‖DATO · CONS · CVR · VIAE ‖ LATINAE · CVR · REG · VII 1) ‖ CVR · SPLENDIDAE · CAR‖THAG · COMITI · D · N ‖ CONSTANTINI · MAXIMI · AVG ‖ ET · EXACTORI · AVRI · ET · ARGEN‖TI · PROVINCIARVM · III · COS · PRO‖VINC · SICIL ·

COS · CAMP · AVCTA ‖ IN · MELIVS · CIVITATE · SVA · ET · REFOR‖MATA · ORDO · POPVLVSQVE · ATELLANVS ‖ L · D · S · C — Atellae. Mur. 1029, 8; Mommsen, I. N. 3540, ubi v. ceteros.

1) [Num TRIPLICATA? MOMMSEN.] 1a) Deesse videtur ET. 2) Spon: CVM . . . AREIS. 3) Intellige FILIIS. 4) Spon: FRVM. Nescio, num eius tempore plura adhuc in monumento apparuerint; nunc certe praeter M nihil in eo distinxi.

6600. *p*ORTICVS ^ TRI^||VMPHI ^ ITV ET RE||DITV ^ OCTIES ^ SE||MIS ^ EFFICIT ^ PASSVS ∞ — Romae, in vinea prope portam Metroniam inter vias Asinariam et Latinam sita. Cavedoni, *Indicatore modenese* II, n. 29.

6601. M · SAVFEIVS · M · F · RVTILIVS[1]) || C · SAVFEIVS · C · F · FLACVS (sic) || CVLINAM · F · DE · S · S · C · [2]) EISDEM||Q · LOCVM · EMERVNT · DE || L · TONDEIO · L · F · PVBLICVM || EST · LONGV · P · CXLVIII S || LATVM · AF · [3]) MVRO · AD || L · TONDEI · VORSV · P · XVI — Praeneste. Misit Borghesio Akerblad. *Rhein. Mus. N. F.* IV, p. 464.

1) Fortasse RVTILVS. 2) F*aciendam* . DE . S*enatus* (Praenestini) S*ententia* . C*urarunt*. 3) Nota formas antiquissimas EISDEM et AF.

6602. M · SEMPRONIVS HYMNVS · SVO || ET · M · SEMPRONI REBVRRI || FILI · SVI NOMINE || MACELLVM VETVSTATE || CONLABSVM · SVA || PECVNIA RESTITVERVNT || ITEMQVE[1]) MENSAS LAPIDEAS POSVERVNT — *Villajoyosae* in Hispania. Grut. 173, 2; de Laborde, *Voyage de l'Espagne*; corr. Cortès, *Dizionario*.

1) ETIAMQVE Grut.; ITEMQVE . ET de Laborde.

6603. EX INDVLGENTIA || SACRA · DOM · N · INVICTI || IMP · M · AVR · ALEXAND · AVG || MACELLVM · RESTITVTVM || CVRANTE · FALERIO · FALERIANO — Iuliae Carnicae. *Giorn. Arcad.* LXIX, p. 125.

6604. M · ANNIO || PHOEBO || MVNICIPES || SAEPINATES || QVOT · IS · OB || HONOREM · AVG · || ET · BISELLI · MACEL-||LVM · CVM · COLVM||NIS · SOLO · AERA||MENTIS · MARMO-||*ribus* · · · · · · · · || — Saepini. Mommsen, I. N. 4943.

6605. MELIA ANNIANA IN MEMOR || Q · LAEPICI Q · F · SERGII[1]) BASSI || MARITI SVI EMPORIVM STERNI || ET ARCVM FIERI ET STATVAS || SVPERPONI TEST · IVSSIT || EX · HS · DCDXX · [2]) P · R — Iaderae. Spon et Wheler p. 66; Targioni Tozzetti, *viaggi in Toscana* V, p. 412.

1) l. SERGIA. 2) legendum fortasse DCDXX. Litterae sequentes quum vix *populi Romani* nota hoc quidem loco esse possint, nescio quid sibi velint.

6606. P · M · SALONIEI · TI · F ‖ AED ‖ PAVIMENTVM ‖ D · S · P · F · C — Ferentino in Bibliothecam Vaticanam illatus. Vidi ipse.

6607. . . . . VNIO · C · ALBARENIVS · C · F · M · POMPONIVS · Q · F · PISANDER ‖ . . . . NIVS · L · F · TVLLAS · C · POMPONIVS · L · F · SCAPVLA · ADLEGATEI [1] ‖ *pon*TEM · FACIENDVM · D · D · S · [2] LOCARVNT · IDEMQVE · PROBARVNT — Patavii, in fornice pontis antiqui. Furlanetto, *lap. pat.* p. 82, n. LXXXIV.

1) Magistratus extra ordinem electi, quibus cura pontis exstruendi mandata erat. 2) De Decurionum Sententia.

6608. TABVLAR*i*‖VM PRINC ‖ M M [1] IMAG ‖ DOMVS DI-‖VINAE R*e*‖VOVATVM [2] ‖ *a*B VLPIO ‖ *a*NTONIN*o* ‖ ANCE · [3] ‖ OPTIO*ne* ‖ COH · PR · [4] ‖ ET · ADIV*t* ‖ DE SVO P ‖ TR*ib*VN M AVREL*i*‖VS AVRELI‖ANVS P P [5] — Lambaese. *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 103.

1) PRINC*i*‖*paliu*M IMAG*(inum)* cet. vix audeo proponere, quamquam nihil aliud in mentem venit. Pauca tantum in fine intercidisse versibus sequentibus apparet. 2) Corr. RENOVATVM. 3) Fortasse nomen geographicum patriam Antonini indicans. 4) COH*ortis* PR*imae*, sc. legionis iii Aug. — Cohortes legionum raro in monumentis commemorantur. 5) *Permissu Praesidis*. [Legendum videtur: TABVLARIVM PRIN*Cipum* NN (i. e. *nostrorum*) IMAG*inibus* DOMVS DIVINAE R*en*OVATVM *a*B VLPIO ANTONIN*i*AN*o* E*x* OPTIO*ne* COH*ortium* PR*a*ET*oriarum* ADI*ectis* DE SVO *is* (i. e. *sestertium*) TR*ibus milibus Nummum* M. AVRELIVS AVRELIANVS *Primi Pilaris*. Mommsen.]

6609. *t · varenio* · PROBO [1] ‖ IIVIRAL · ITEM ‖ Q · Q · COL · [2] VAREN · PVDENS ‖ FL · COLONIARVM · ‖ EQ · P · PRAEF · COH · PA‖TRI · OB · STRATAM · AB ‖ EO · AREAM · DIMI*d*IAM ‖ IN · HONOREM · SVVM ‖ EX · S · S · L · N · L · D · D · D · [3] — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 180.

1) Cf. Grut. 482, 1. 2) Sc. Apulensis. 3) i. e. ex HS. L. N.

6610. C · COESIVS ‖ TERTIVS · AVG ‖ PLATEAM · STRAVIT ‖ A · TERVIO · AD ‖ TERVIVM · PED ‖ · · · OS · P — Saepini. Cod. Vat. 5241, p. 487. Mommsen, I. N. omisit.

6611. IN · H · D · D ‖ PLAT · PRAETOR [1] ‖ ARAM · QVI [2] ‖ ET · GENIVM ‖ SATTONIVS ‖ GRATVS · D · D ‖ IMP · ALEX · AVG · III · ET · DIONE · COS [3] — *Heddernheim*. Steiner, I. Rh. 239; I. Danub. et Rh. I, 635, ex Habel, *Annal. d. V. f. Nass. Gesch.* I, 1, p. 73; tab. V.

1) Cf. *plateam vici novi* et *(plateam) fori* Or. 181 et Steiner, I. Rh. 232, 233; I. Dan. et Rh. 634, 636, quae monumenta ibidem reperta sunt. 2) *Aram* interpretantur QVI*ntanam* a platea Quintana (v. l. l.); sed vellem ipse monumentum inspicere. [Num *aramque*? Mommsen.] 3) A. 229, quo Dio iterum fasces gessit. Imperatoris nomen abrasum est, sed adhuc legitur.

6612. MERCVRIO ‖ AVG · SACRVM ‖ M · AVRELIVS M · FIL ‖ PAP · AEMILIANVS Q · ‖ AEDIL · IIVIRV [1] STATVAM ‖ QVAM OB HONOREM III‖VIRATVS EX HS · V · MIL · N · ‖ POLICITVS EST POSVIT ‖ INLATIS REIP · LEGITIMIS ‖ HONORVM SVORVM ‖ SVMMIS ET ANTFORISTRA ‖ · · · CVRAV · [2] IDEM

DEDICAVIT — Dianae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerkungen, Denkm. aus Algerien* II (*Abhandl. d. k. Baier. Akad. d. W., philos. Cl.* V, 2).

1) IIVIR quintum? nisi errore eius, qui titulum exscripsit, littera V in eum intrusa est. [Imo alter ex IIviris recte dicitur *duumvirûm* absolute. MOMMSEN.] 2) Editor in apographo manu scripto ita legi affirmat: ATFORISTRA‖IIRACVBX, quae sic interpretor: AT FORI STRA‖*tu*RAM HS X.

6613. C · OBELLIVS · C · F ‖ C · MARIVS · C · F ‖ IIII · VIR · I · D · S · S [1]) ‖ CREPIDINEM ‖ DE · SVA · PEQV ‖ F · C — Aeclani. Guarini, *alcuni spigolati archeol.* p. 5; Mommsen, I. N. 1120.

1) I . D . D . S . S Guar., i. e. *Iuri Dicundo, De Senatus Sententia*; fortasse rectius. [Nunc malim deleto puncto scribere: IIIIVIRI . D . S . S. MOMMSEN.

6614. L · LAMPONIVS · L · L · ONESIMVS ‖ P · CARMINIVS · P · L · LICINVS ‖ P · TERENTIVS · P · L · VEGETVS ‖ P · CARMINIVS · P · L · PRIMVS ‖ IIIIII VIRI ‖ VIAM · CVM · CREPIDINIBVS ‖ A QVADRVVIO · AD · MVRVM ‖ STRAVERVNT ‖ OB HONOR — *Trevigi*. Calogerà, *nuova Raccolta* VIII, p. 197.

6615. P · AVRVNCVLEIVS ‖ D · F ‖ C · MINVCIVS · C · F ‖ THERMVS · [1]) II · VIR ‖ VIAM · LAPID · SILIC ‖ EX · D · D · P · P · STERN ‖ CVR · IDEMQ · PROB — Inter Insulam Sorae et Castelluccio. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 63; Mommsen, I. N. 4488.

1) Familia nobilis; consules enim annorum 561 et 690 Q. Minucius Thermus et C. Minucius Thermus fuerant.

6616. P · MINNIVS · P · F ‖ CLA · SALVIVS ‖ PRIMIP · DECVR · GRAT ‖ ORNAM · II · VIRALIBVS ‖ VIAS · CIRCA · AEDEM ‖ MINERVAE ‖ LAPIDE · TVRBINATO [1]) ‖ TESTAMENTO · STERNI ‖ IVSSIT — Concordiae. Bull. l. l. p. 135.

1) Cf. Bull. 1846, p. 23, et ad Or. 3304.

6617. ////////////////////////////// ‖ L · CALPVRNIO · PISONE · COS [1]) ‖ EX · C · C · P · P · [2]) VIAM · SILICE ‖ STERNENDAM · A · PORTA ‖ CAMPANA · AD · FORVM ‖ P · SPELLIVS · P · F · SPELLIANVS ‖ SABINVS · Q ‖ C · SATTIVS · C · F · CALATRO · II · Q ‖ CVRAVERVNT — Casini. Mommsen, I. N. 4246, ubi v. ceteros.

1) Ob erasum versum primum anno 57 p. Chr. monumentum Mommsen assignavit; eo enim anno Nero cum L. Pisone consulatu functus est. 2) EX *Conscriptorum Consulto Pecunia Publica*; cf. l. l. 4221.

6618. *h*ANC · VIAM · DERECTAM [1]) ‖ PER · ATIVM · CENTVRION · POST ‖ SENTENTIAM · DICTAM · AB · A · PLAVTIO ‖ LEGATO · TI · CLAVDI CAESARIS AVG ‖ GERM · ET · POSTEA · TRANSLATAM A ‖ RVNDICTIBVS · [2]) IN FINES · C · LAECANI ‖ BASSI · RESTITVIT · IVSSV · TI · CLAVDI ‖ CAESARIS AVG · GERM · IMPERATORIS ‖ L · RVFELLIVS · SEVERVS · PRIMIPILARIS [3]) — Rep. prope *Materiam* haud longe a Tergeste, nunc in Mus. Tergestino. Kandler, *Esplorazioni di antichità nella città e nell' agro tergestino* n. 10, p. 3; vidit Mommsen, cuius apographum dedi.

1) Primi versus dimidiae tantum litterae exstant. 2) Ita M.; K . V . . . ‖ RVNDICTIBVS. 3) De re cf. Liber colon. I, *R. Feldmesser* I, p. 251, ed. Lachm. cet.

6619. IMP · CAES · L · SEPTIMIVS ‖ SEVERVS · PIVS · PERTINAX ‖ AVG · ARABIC · ADIABENIC ‖ PARTHIC · MAXIM ·

PONTIF ‖ MAXIMVS · TRIB · POT · VIIII ‖ IMP · XI · COS · II · P · P · DESIG · III [1]) ‖ PROCOS · ET ‖ IMP · CAES · M · AVRELIVS · ANTONINVS ‖ · PIVS · AVGVST ‖ TRIB · POT · IIII · DESIGNAT · COS ‖ PROCOS · ET ‖ P · SEPTIMIVS · GETA · NOBILISS ‖ CAES [2]) ‖ MVRVM · AD DEFENSION · VIAE · VETVSTATE CON‖LABSVM RESTITVERVNT — In R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 6270. Pertinet ad viam a Neapoli Puteolos ducentem; cf. l. l. 6269.

1) A. 201. 2) Litterae punctis insignitae de consilio deletae sunt.

6620. IMP · CAES · DIVI ‖ NERVAE · F · NER‖VA · TRAIANVS ‖ AVG · GERMAN ‖ DACICVS · PONTIF · ‖ MAXIMVS · TRIB ‖ POTESTATIS · XV · IMP ‖ VI · COS · V · P · P · [1]) SVB-‖STRVCTIONEM · CON‖TRA · LABEM · MONTIS ‖ FECIT [2]) — Interocrii sub porta principali civitatis; olim apud *S. Quiricum*, ubi re vera rupes excisa est (Guattani, *Mon. Sab.* II, p. 267), titulum positum fuisse pro coniectura eorum, qui substructio illa ubi fuerit inquirebant, Mommsenius habet, qui ipse lapidem vidit (I. N. 6261) quaeque nunc desunt ex exemplo Fabrettiano (400, 292) explevit; de ceteris v. apud eundem.

1) A. 111. 2) Urlichsius (Ann. Inst. Arch. 1838, p. 300) falso tituli exemplo deceptus est; cf. l. l.

6621. IMP · CAES · T · AELIO ‖ HADRIANO ANTON ‖ AVG · PIO · P · P · IIII · M · AVRELIO · CAESARE · II ‖ COS · [1]) PER · PRASTINAM ‖ MESSALINVM · LEG ‖ AVG · PR · PR · VEXILL ‖ LEG · VI · FERR · VIAM ‖ FECIT — *Tecoult* in monte *Djebel-Acores*. Rest. Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1852, p. 107.

1) A. 145.

6622. *l · dasumius p · f · stel · tullius tuscus cos* [1]) ‖ *th*ERMAS · MVNICIPI · T*arquiniensi*S · QVAS · P · TVLLIVS [2]) ‖ PATER · EIVS · COS · AV*g · legato · s*ESTERTIO · TER · ET · TR ‖ TESTAMENTO · F*ieri · iussera*T · ADIECTA · PECVNIA ‖ AMPLIATOQV*e · ope*RE · PERFECIT — Tarquiniis, in parte aversa titulorum n. 5134 et 6048. Bull. Inst. Arch. 1830, p. 199; rest. Borghesi, ibd. p. 201.

1) Cf. n. 6051. 2) P. Tullius Varro, n. 6497.

6623. FABIVS MAXIMVS V C ‖ RECT PROV [1]) THERMAS ‖ SABINIANAS RESTITVIT ‖ CVRANTE ORDINE SPLENDIDISSIMO THELESINORVM — Telesiae. Mommsen, I. N. 4850.

1) Samnii.

6624. FABIVS · MAXIMVS · V · C ‖ RE*ct*OR · PROVINCIAE ‖ THERMAS · SILVANI · VETVSTAT ‖ CONLAPSAS · RESTITVIT ‖ CVRANTE · NERATIO · CONSTA*nte* ‖ PATRONO · SVMTV · PROPIO (sic) — Saepini. Op. cit. 4926.

6625. SER · CORNELIVS · SER · F · DOLABELLA · METI*lianus* ‖ BALINEVM · SOLO · SVO · S · P · AEDIFICAVIT · ET · CO · · ‖ M · ATILIVS · BRADVA COS · [1]) ET · M · ACILIVS · AVIOLA · COS · [2]) BON · · · · [3]) ‖ DOLABELLAE · METILIANI ·

IN · HOC · OPVS · DEDERVNT · HS · CENT*ena* ‖ RES · P · ET · POPVLVS · CORFINIENSIS · DATIS · HS · CIII · N · CONSVMMAVIT · CV‖*rante* . . . . . T · F · SER · MAXIMO — Corfinii. Op. cit. 5358, ubi vide.

1) A. 108. 2) Mommsenius *Manium* Acilium Aviolam cos. a. 122. indicatum esse credit, qui inter Acilios Aviolas consulatu functos Braduae proximus est; quam sententiam si minus probaveris, incertae aetatis consulem M. Aviolam habere necesse est. 3) Quum litterae BON certo in inscriptione exstare videantur, nec Dolabellae nomen genitivo casu positum ab eo vocabulo seiungi possit, nihil aliud equidem supplendum habui nisi *bonorum curatores*, valde tamen incertum. [Magis probaverim equidem *bonorum possessores*, id est heredes iure praetorio; Dolabellam enim opus non perfecisse apparet, ut 2 extr. videatur fuisse CO*epit*. Mommsen.]

6626. IMP · CAES · M · ANT · GORDIA‖NVS · P · F · AVG · BALNEVM · CVM ‖ BASILICA A *so*LO · INSTRVXIT ‖ P*e*R EGN · LVCILIANVM · LEG · AVG ‖ PR · PR · CVR*an*TE · M · AVR ‖ QVIRINO PRE⁄ COH Ī L GR [1]) — *Lanchester*, *Durham. Philos. Transact.* XXII, p. 657, n. 266; XXX, p. 827; Lysons, Reliq. Rom. I, pl. IV.

1) Nomen cohortis parum liquet; fortasse L*i*G*u*R; vel L*igurum* GoR*dianae*, ut n. 975.

6627. EX IVSSV DEI ‖ APOLLINIS FON‖TEM AETERN M VLP ‖ PROCVLINVS ‖ SPECVLATOR ‖ LEG · XIII G GORDIA‖NAE A SVO [1]) RESTI‖TVIT — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 180.

1) Corr. A SOLO.

6628. . . . O . . . ‖ PROPAGATORI ‖ CONSERVATORI ‖ ET GENIO FONTIS ‖ EXCEPTORIVM ‖ QVOD EFICILIVS FELIX · V · E · PATER ‖ EXTRVXIT ‖ FEICILIVS *Secun*‖DVS FILIVS ‖ V · S · L · A — *Mercanda* (Verecundae) prope Lambaesin. *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 121. Nomina corrupta sunt.

6629. C · FANNIVS ‖ CORNELIVS ‖ CALLINICVS ‖ ET · ALLIA · IRE‖NE CISTER‖NAM · SVA ‖ PECVNIA ‖ FECERVNT — Rep. Romae, nunc *Cuserculi* in aedibus marchionis a Balneo. Exscr. Rocchius.

6630. . . . . ‖ INVICTISSIMIQVE · PRINC ‖ D · D · D · N · N · N · VALERIANO ‖ VALENTI ET GRATIANO · AVG ‖ FL ANTIGONVS · V P · P P [1]) ‖ COLYMBVM NEMVS VETVSTATE · LAP‖SVM TESTACIO PICTVRIS AC STATVIS ‖ CVM OMNI CVLTV ADOR*navit* — Romae, in Mus. Vat., ubi vidi ipse.

1) V*ir* P*erfectissimus* P*rae*P*ositus*, ut praepositum thermarum Constantinianarum habes in titulo n. 6526.

6631. D M ‖ C · INGIVS [1]) IVSTINVS ‖ FECIT · PISCINAM IN HOR‖TO AELIAE LICINIAE ‖ COIVGI INCOMPARA‖BILI ET SIBI — Salonae. Lanza, *lap. Salonit.* p. 125, n. CIV.

1) Num CINCIVS?

6632. L · MENACIVS · L · F · VEL ‖ PRISCVS ‖ EQVO · PVB · PRAEF · FABRVM · AED ‖ ĪĪVIR · IIVIR · QVINQ · TRIB · MIL ‖ FLAMEN · AVGVSTOR · PATRON COLON ‖ AQVAM · AVG · IN · SVPERIOREM ‖ PARTEM · COLONIAE · ET · IN · INFERIOREM ‖

INPENSA · SVA · PERDVXIT · ET · IN · TVTELAM || EIVS · DEDIT · HS · CCCC — Polae. *Archeografo Triestino* I, p. 409.

6633. M · AVRELIO · MASCVLO || V · E · || OB · EXIMIAM · PRAESIDATVS || EIVS · INTEGRITATEM · ET || EGREGIAM · AD OMNES · HOMINES || MANSVETVDINEM · ET · VRGENTIS || ANNONAE · SINCERAM · PRAEBITIONEM || AC · MVNIFICENTIAM · ET · QVOD · AQVAE || VSVM · VETVSTATE · LAPSVM · REQVI||SITVM · AC · REPERTVM · SAECVLI || FELICITATE · CVRSVI · PRISTINO || REDDIDERIT || COLLEG · III || QVIB · EX · S C · C · P · EST [1] || PATRONO · DIGNISS — Prope amphitheatrum Cemeneliense (*Cimiez*). Murat. 472, 3; *Mém. de Antiquaires de France* XX, p. 78.

1) COLLEG*ia tria* QVIB*us* EX *Senatus Consulto Coire Permissum* EST.

6634. MVMMIVS NIGER || VALERIVS VIGETVS [1] CONSVLAR || AQVAM · SVAM VIGETIANAM QVAE || NASCITVR IN FVNDO ANTONIANO || MAIORE P · TVLLI VARRONIS [2] CVM EO LOCO || IN QVO IS FONS EST EMANCIPATVS *d*VXI*t* || PER MILLIA PASSVVM VDCCCCL IN VIL||LAM SVAM CALVISIANAM QVAE EST || AD AQVAS PASSERIANAS [3] SVAS COMPARA||TIS ET EMANCIPATIS SIBI LOCIS ITINERI||BVSQVE EIVS AQVAE A POSSESSORIBVS || SVI CVIVSQVE FVNDI PER QVAE AQVA || A S X [4] DVCTA EST PER LATITVDINEM STRVCTV||RIS PEDES DECEM FISTVLIS PER LATITVDI||NEM PEDES SEX PER FVNDOS ANTONIAN || MAIOREM ET ANTONIANVM MINOR*em* || P TVLLI VARRONIS ET BALBIANVM ET || PHELINIANVM A VLCEI COMMODI [5] || ET PETRONIANVM P·TVLLI VARRONIS || ET VOLSONIANVM HERENNI POLYBI || ET FVNDANIANVM CAETENNI PROCVLI || ET CVTTOLONIANVM CORNELI LATIALIS || ET SERRANVM INFERIOREM QVINTINI || VERECVNDI ET CAPITONIANVM PISTRANI || CELSI ET PER CREPIDINEM SINISTERIORE*m* || VIAE PVBLICAE FERENTIENSES (sic) [6] ET SCIRPI-||ANVM PISTRANIAE LEPIDAE ET PER VIAM || CASSIAM IN VILLAM CALVISIANAM SVAM || ITEM PER VIAS LIMITESQVE PVBLICOS || EX PERMISSV S · C — Viterbii in specu aquaeductus antiqui. Bull. Inst. Arch. 1829, p. 175; *Nouvelles Annales* I, p. 34; Orioli, *Viterbo ed il suo territorio*, Roma, 1849, p. 97 seqq.

1) Ita correxit Borghesius (Ann. I. l. p. 176), qui ignotum hunc consulem filium esse suspicatus est Q. Valerii Vegeti cos. suff. anno 91 ex matre Mummia quadam. 2) In apographo priore Oriolius scripsit IVLII; sed notus est P. Tullii Varronis titulus, quem Muratorius 751, 5 Viterbii exstare dicit (cf. Grut. 476, 3). Eius filius est Tullius Varro Varronis filius, cuius monumentum Tarquiniis repertum habes n. 6497. — Vocem sequentem CVM parum equidem intelligo, quum particulae EX necessario ibi locus esse videatur; quamobrem VCEX *(viri clarissimi ex)* fortasse scribendum est. 3) *Fervidi fluctus passeris*, Mart. epigr. VI, 42, 6; cf. Tabul. Peuting. et nunc Dennis, *cities and cemeteries of Etruria*, I, p. 211. 4) Oriolius antea scripserat: SVBDVCTA, nunc autem ASX in lapide legi affirmat litterasque eas ita explicandas esse proponit: A *Sulcis (Specubus, Scaturiginibus)* X. — Ego sive EA, sive SVA in lapide legi suspicor, si re vera SVB ibi non legitur. [Fortasse

A . S . ADDVCTA, id est *ante scripta adducta.* Mommsen.] 5) AeL*ii* CEI*onii* COMMODI? — L. Verum Augustum, quum pater ab Hadriano adoptatus esset, L. Ceionium Aelium Aurelium Commodum nominatum esse constat (Eckhel, D. N. VII, p. 87); quem si quis in hac inscriptione commemoratum esse crediderit, a ratione certe temporum id minime abhorret, si Mummium Valerii Vegeti filium et Tullium Varronem iuniorem potius quam seniorem hic nominatos esse credere licet. 6) Intellige Ferentum, civitatem prope Viterbium sitam.

6635. IVL · TEP · MAR[1] ‖ IMP · CAESAR ‖ DIVI · F ‖ AVGVSTVS ‖ EX · S · C ‖ XXV ‖ PED · CCXL — Romae. Fabr. 660, 506 ex Grut. 1019, 10.

1) Ad eandem aquam Iuliam Tepulam Martiam pertinent nn. 509 et 510 plane similes; cf. Fabr. de Aquis cet. p. III: *iugera* XXV *pedum* CCXL.

6636. IMP · CAESAr ‖ DIVI · F · ‖ AVGVSTVS ‖ EX · S · C · ‖ ∞ C ⊥ II · P · CCX ⊥[1] — Tibure, in aedibus Sabbi-Colonna. Mommsen, *Ztschr. f. gesch. RW.* XV, 3, p. 292. Vidi ipse.

1) 1152 iugera pedum 240.

6637. I SVB · IVLIO · CAS‖TINO ·[1] LEG · LEG · I · M ‖ CVRA · PETRONI · ‖ AQVILAE Ə EVR‖NVS · EACTVS AR‖VAL ·[2] AM · AN · DILC ‖ CENTE[3] · · · · · · · · · ‖ AVG · COS[4] · · · — Rep. prope *Iversheim* ad flumen *Erft*, nunc in Museo Bonnensi. *Rh. Jahrbb.* V. VI, p. 321, n. 102, Overbeck, *Katalog* n. 120, p. 58.

1) CASI‖TINO Ov. 2) Expl. *furnus factus arvalis*, quam interpretationem Lerschius (*Rh. Jahrbb.* l. l.) ipsa natura ruderum, in quibus saxum repertum est, confirmare conatur. Res tamen valde incerta. 3) DL^{e}‖CENTE Ov. De explicandis vocibus AM. AN. nihil mihi constare confiteor. 4) Pars posterior versus 7. de consilio erasa est, unde Lerschius Alexandri nomen ibi supplendum esse credidit, qui Elagabalo interempto solus fasces gessit. Sed Overb. post AVG lacunam indicat. AVG . . . COS . . . . Omnia igitur maxime incerta sunt.

6638. SERBILIO PVDENTE ‖ ET FVFIDIO POLLIONE ‖ COS[1] CAESVRA[2] CLA ‖ HIER[3] ATTICI ET APOLLO‖NI LVPI · · · · · — Romae. Doni cl. II, 166; Mur. 336, 2.

1) A. 166. 2) Lapicidinas Parias indicatas esse Borgh. credidit; Ann. Inst. Arch. 1843, p. 343. 3) Corr. HER, l. l. — Est notissimus ille Claudius Herodes Atticus.

6639. C · PONTI‖VS C · F · VOL ‖ PRISCVS ‖ AED · PORTIC ‖ ANTE BASILI‖CAM SILICI ‖ S · P · F · C ‖ L · D · D · D — *S. Maria a Faifoli*, ubi Fagifulanos Plinii (III, 12) sedem habuisse Caraba asserit. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 22, n. 15.

6640. · · COELIVS LAETI FIL ‖ LAETVS ET ‖ M · COELIVS SVLLAE FIL ‖ PACATVS AED ‖ SVPER QVANTITATEM ‖ EX MVLTIS REDACTAM ALTE‖RA TANTA DE SVO EROGATA ‖ PECVNIA POSVERVNT ‖ L · D · D · D — *Nabal.* Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk. Algerien* n. XXXIV (*Abhh. d. k. baier. Akad. d. W.* V, 2); minus recte Grenville Temple, *Excursions in the Mediterranean* II, p. 303, 5 et *Revue Archéol.* VI, 1, p. 141.

6641. M · HERENNIVS · M · F · GALLVS ‖ Q · VESERIVS · Q · F · DVO · VIR ‖ QVINQ ‖ D · D · S · F · C · EIDEMQ · PROB ‖ ARCITECTVS · HOSPES · APPIAI · SER — Caiatiae. Mommsen, I. N. 3918.

CAPVT XIII.

VECTIGALIA.

FISCVS. PATRIMONIVM CAESARVM. FRVMENTVM PVBLICVM. PVERI ALIMENTARII CET.

N. 3333, est PVB*lico*; titulus tamen ut Hispaniensis suspectus et certo vel interpolatus vel male exscriptus.

N. 3335: de hac quoque inscriptione certum iudicium proferre non audeo; Fabrettius ex schedis Barberinis eam desumpsit.

N. 3338, v. corr. apud Mommsen, I. N. 3674, qui restitutionem Hagenbuchii ita confirmat, ut in v. 2. pro prima voce VICENS legerit VICES, deinde vero pro LIBERT, LIBERTATIS.

N. 3343, v. 7. GALL; v. 8. PR^A^E^S^E^NT C (res minoris momenti omisi), Giovanelli, *über die in d. k. k. Bibl. zu Innspruck befindliche Ara Dianae, Botzen*, 1824.

N. 3346 = 1239.

N. 3347; cf. Mommsen, *Epigr. Anall.* 15, p. 309 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850), de aliis huius tituli exemplis, in quorum altero Commodi nomen erasum, in altero in loco erasi nomen Alexandri repositum erat; An. Einsiedl. n. LII. Not. 1. TE fuisse videtur Ꝍ.

N. 3351: pro PR . PRAET . V . lege PR . PR . E . V, i. e. PR*aefecti* PR*aetorio* E*minentissimi* V*iri*; Mommsen, I. N. 4916; pro FISCALIA cet. l. QVINQVE FASCALIS cet.; Bull. Inst. Arch. 1852, p. 174, et Mommsen, Ep. Anall. n. 20. (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1853); cf. nostrum n. 6509.

N. 3354: priorem partem addidit Furlanetto, *lap. Pat.* n. CCLIII, lapidemque Capodistriae repertum in Museo Estensi Cataii exstare docet: DIS MANIBVS ‖ EVPHEMI . AVG ‖ LIB . TABVLARI ‖ HARMONIA . ET . GYMNAS ‖ FILIAE . PIISSIMO . PATRI cet.

N. 3361 = 3935.

N. 3363, susp.; cf. Mommsen, *Inschr. v. Ameria, Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849, p. 270.

N. 3366: C . ALFIO . C . FIL ‖ SER . CLEMENTI; v. 4. AEDILI . Q̅; in fine S . C . L . D . Versuum ordinem aliasque varietates minoris momenti omisi. Ipse vidi; cf. Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 41.

6642. L · MARIO · L · F · QVIR · PERPETVO ‖ PONTIFICI[1] ‖ PROCVRATORI · PROVINCIARVM ‖ LVGVDVNENSIS · ET · AQVITANICAE ‖ PROCVRATORI STATIONIS HEREDITAT ‖ PROCVRATORI · XX · HEREDITATIVM ‖ PROCVRATORI · PATRIMONI ‖ PROCVRATORI · MONETAE ‖ PROMAGISTRO HEREDITATIVM ‖ Q · MARCIVS DONATIANVS · EQVES ‖ CORNICVLARIVS · EIVS — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VII, 5, p. 236.

1) sc. minori Romae.

6643. T · AELIO · AVG · LIB · ‖ AGATHOPO · PROC · XX · ‖ HEREDIT · SVLPICIA ‖ THALLVSA · CONIVGI ‖ BENE MEREN-TI · ET ‖ HEREDES ‖ FECERVNT — Romae. Iahn, *Specimen* p. 24, 2.

6644. DIS · MANIBVS ‖ EPITYNCHANI · CAES ‖ N · SER · CANDIDIAN ‖ QVI EXIEBAT · [1] IN OFFICIO ‖ ASIAE · ARK · XX · HERED — Messanae. Gervasio, *Iscr. messinesi* I.

1) i. e. decessit; Gerv. l. l. p. 19.

6645. D M ‖ QVINTANO · ‖ VERNÆ · AVG ‖ VILICO · ET ‖ ARCARIO · XX · HER · IVLIA · ÆL‖PIS · CONIVGI ‖ B · M · P — Salonis. Misit Sablyar.

6646. D · M ‖ T · FLAVIO · AVG · L ‖ IANVARIO ‖ ADIV-TORI TABVLAR ‖ XX · HEREDITATIVM ‖ VIX · ANN XXVI ‖ FLAVIA · EROTIS ‖ PATRONO ‖ IDEM · CONIVGI ‖ BENEME-RENTI ‖ FECIT — Romae, in Mus. Cap. Grut. 590, 10; Guasco 289; vidi ipse.

6647. MERCVRIO ‖ SAC ‖ DONATVS ‖ PVB · XX · LIB ‖ SER · VILICVS ‖ V · S · L · L · M — *Finthen* prope Mogontiacum. Klein, *Ztschr. d. A. V. f. Mainz* I, 2, p. 218, n. 73; Steiner, I. R. Danub. et Rheni I, 558.

6648. DIS · MANIB ‖ IVLIAE ‖ DEMETRIAE ‖ PRISCVS · AVG · L ‖ PROC · IIII · P · AFR [1] ‖ ET · XXXX · GALLIAR ‖ CONIVG · SANCTISS — Rep. Antii, nunc in hortis Vaticanis. Cardinali, *Dipl.* p. 25, n. 31; ipse vidi.

1) Cf. Mar. Arv. p. 551, et titulos sequentes.

6649. L · CANINIO · P · F · VALENTI ‖ PROCVRATORI · IIII ‖ PVBLICORVM · AFRICAE ‖ PVB · CANINIVS · C · F ‖ SIBI · ET · FILIO ‖ V · F — In agro Astensi. Mur. 787, 1.

6650. DIS · MAN ‖ Q · SAENI · Q · FIL · FAB ‖ POMPEIANI ‖ COND · IIII · P · AFR [1] ‖ FVFICIA · CLYMENA ‖ VXOR ‖ PROS-DECTVS · ET · TRYPHERVS ‖ LIB — Cippus magnus ex aedd. Farnesiorum Romanis in R. Mus. Neapolitanum translatus. Mur. 849, 1; 2076, 2; Mommsen, I. N. 6897. [Ad hunc pertinet epistula Frontonis commendaticia ad M· Caes. 5, 34 = 49: *Saenius Pompeianus in plurimis causis a me defensus, postquam publicum Africae redemit, plurimis causis rem familiarem nostram adiuvit.* Mommsen.]

1) CONDuctoris *quattuor* Publicorum AFRicae; Marini, Arv. p. 551.

6651. MVSICO · TI · CAES · AVGVST ‖ SCVRRANO · DISP · AD FISCVM · GALLICVM ‖ PROVINCIAE · LVGDVNENSIS ‖ EX · VICARIS · EIVS · QVI · CVM · EO · ROMAE · CVM ‖ DECES-SIT · FVERVNT · BENEMERITO ‖

VENVSTVS · NEGOT AGATHOPVS · MEDIC FACILIS · PEDISEQ
DECIMIANVS · SVMP EPAPHRA·ABARGENT ANTHVS · AB · ARG
DICAEVS · AMANv PRIMIO · AB · VESTE HEDYLVS · CVBICV
MVTATVS . AMANv COMMVNIS·A·CVBIC FIRMVS · COCVS
CRETICVS · AMANv POTHVS · PEDISEQ SECVNDA
TASVS · COCVS

— Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani. Ded. des Iardins; ipse vidi, neque tamen exscribere licuit.

6652. *imp* · *seve*RO AL*exand*RO · *p*IO ‖ *fel* · *aug* · L · AVFIDIO MARCELLO II COS[1] ‖ SPLENDIDISSIMI VECTIGALIS MASSAE ‖ FERRARIARVM ‖ MEMMIAE SOSANDRIDIS C · F · QVOD ‖ AGITVR SVB CVRA ‖ AVRELII NEREI SOC · · · VECTIGALIS[2] — Lugduni. Maff. Ant. Gall. p. 67; Mur. 356, 2.

1) A. 226. 2) Cf. Mommsen, *Epigr. Anall.* 22 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1853), p. 246, et n. 7253.

6653. PROC · VECTIGALIOR · POPVL · R · QVAE SVNT · CITRA · PADVM legitur in titulo Grut. 402, 4.

6654. P · AEL · P · FIL · PAP · STRE‖NVO · EQ · P · SACERD ‖ ARAE · AVG · AVGVRI · ET ‖ II · VIRAL · COL · SARM ‖ AVGVR · COL · APVL · DEC ‖ COL · DROB ·[1] PATRON · COLLEGIOR · FABR ‖ CENTONAR · ET ‖ NAVTAR · CONDVC[2] ‖ PASCVI · SALINAR ‖ ET · COMMERCIOR ‖ RVFINVS · EIVS — Apuli. Neigebaur, *Dacien* p. 161, n. 269.

1) *Drubetis*, Tab. Peut.; cf. Forbiger, Geogr. III, p. 1109. 2) CONDVC*tori*.

6655. ISIDI ‖ AVG ‖ SACRVM ‖ MARTIALIS ‖ FIRMINI ‖ Q · SABINI ‖ VERANI ‖ T · P[1] ‖ CONDVC ‖ PORTORI ‖ ILLYRICI ‖ APIARI · VIC[2] ‖ VOTO ‖ SVSCEPTO — Poetovione. Grut. 83, 5; cf. 6429.

1) Corr. P . P, *primipilaris*. 2) Martialis igitur fuit vicarius Firmini, qui apiarius fuit Sabinii Verani. [Omnino pro APIARI scribendum ARKARI. MOMMSEN.] — Hac inscriptione collata explica titulum sequentem:

6656. NYMPHIS ‖ AVG ‖ ERVCTVS[1] ‖ Q · SABINI VERANI ‖ C · P · P ·[2] SER · VILIC ‖ POSVIT — Muro balnearii *Tepliciensis* insertus. *Alterthth. d. Oestr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829, XLVIII, *Anzeigebl.*) n. 304.

1) l. FRVCTVS. 2) *Conductor Portorii Pannonici.*

6657. MEMORIAE ‖ AVRELI · CA*e*‖CILIANI · PRA*e*‖POSITI · VECTIG‖ALIVM · POSVI*t* ‖ EPICTETVS ‖ ALVMNVS — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VII, 25, p. 272.

6658. RISILLI · VT‖I · E · LVCIANO ‖ REGN ·[1] ILLR ‖ TABVLARIO · VECT · ILLR ‖ CVM · FELI‖CISSIM ‖ III ‖ AVG · M ·[2] LIB — Poetovione. Muchar, *Steierm.* III, 400; idem I, 410 ita scripsit: v. 1. RISVL; v. 2. LVCCAN; v. 3. REGNI · ILLIRIAE; v. 5. ILLYR; v. 7. FELICISSIMO; v. 9. M · IL · · ex interpolatione, ut videtur.

1) Cf. *regnum Noricum*, Or. 495. [In lapide fuerit REGioN. MOMMSEN.] 2) Fortasse *Nostri*? — Ex titulo quamvis male descripto *regnum* tamen *Illyricum* et *vectigal Illyricum* desumere licet.

6659. IMP · CAESAR ‖ DIVI · TRAIANI ‖ PARTHICI · F · DIVI ‖ NERVAE · NEPOS ‖ TRAIANVS · HADRIANVS ‖ AVG · PONT · MAX · TRIB ‖ POT · VII · COS · III[1] ‖ VIAM · APPIAM · PER ‖ MILLIA · PASSVS ‖ XV · ƆCCL · LONGA ‖ VETVSTATE AMIS‖SAM · ADIECTIS ‖ HS · XI · XLVII · AD ‖ HS · ƆLXIXC·

QVAE ‖ POSSESSORES · AGRO‖RVM · CONTVLERVNT ‖ FECIT [2]) — Ad lapidem XLIV viae, quae Neapoli Barium ducit, haud longe ab Aeclano distantem. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 85; Mommsen, I. N. 6287, ubi v. de aliis lapidibus similibus numero tantum miliariorum ab hoc distinctis. Vidit nuper Brunnius.

1) A. 123 vel 124. 2) Cf. Ann. l. l. et Bull. Inst. 1847, p. 176. Monumentum propter tutelam viarum possessoribus impositam hic referendum esse censui; cf. *ordinarium vectigal tutelae viae* n. 5186. — Contra *vectigal viae silici stratae* a peregrinatoribus, ni fallor, pendendum civitati cuidam ab imperatore concessum v. n. 7170.

6660. PARTES ‖ INTRORSVS · AD ‖ VIAM · CAMPANA [1]) ‖ VERSVS · AD · PROXIM ‖ CIPPVM · PROPRIVS · IN ‖ LOCO · PROPRIO · HORTORV ‖ COCCEIANORVM · ONERI ‖ FERVNDO · VIGILIARIO [2]) ‖ QVOD · EST · HORTORVM ‖ TITIANORVM · NONIÆ · C · F ‖ R · R · L · P · LVI [3]) — In ripa Tiberis extra portam Portuensem, 2 m. p. ab Urbe, cippus, qui in duobus lateribus eandem exhibet inscriptionem, maioribus autem litteris scriptam in latere ad flumen converso. *Atti dell' Accad. pontif. d'Archeol.* IX, p. 471. Frustra lapidem quaesivi.

1) Cf. Suet. Aug. 94; Mar. Arv. XLIII; Mur. 703, 3. Grut. 374, 5 cet., quaeque de illa via protulit Biondius l. l. 2) Idem de vigilibus cogitat in ripa Tiberis extra Urbem constitutis, approbante Prellero *die Regionen der Stadt Rom*, p. 97. Ego de inscriptione satis difficili nihil certi affirmarim. 3) *Recta Regione Longum Pedes* LVI.

6661. PVBLICVM ‖ INTERAMNITVM ‖ VECTIGAL ‖ BALNEARVM — Rep. in ruinis thermarum Castronovanorum, prope Interamnam Praetuttianorum. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 114. Mommsen, I. N. 6152.

6662. D · M ‖ L · AVRELIO · TYCHENIANO ‖ L · AVRELIVS · STEPHANVS · PATER ‖ FILIO DVLCISSIMO ET PIENTISSI‖MO BENEMERENTI FECI TITVLV*m* ‖ *t*YCHENIANVS DICIT FATIS AB‖*r*EPTVS · HIC · IACEO RELIQVI TRI‖*bu*M INGENVAM · FRVMENTVM ‖ *publ*ICVM · ET · AENEATORVM [1]) ‖ *haec quicun*QVE · LEGET · NOL*o* ‖ *experiatur · eum · lu*CTVM · SIC‖*ut · pater expertus · est* — Romae, ad D. Pauli extra muros. Mar. Arv. p. 170; corr. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 229, ubi cf. Mommsenium.

1) Mommsenius *aeneatores* pro collegio militari habet, l. l. p. 232; cf. tamen *aeneum frumentum* Cod. Theod. XIV, 25, 1; Garrucci, *piombi del card. Altieri*, p. 15, parum caute inscriptiones laudat Fabrettianas 678, 40—42 e schedis Barberinis et Vaticanis desumptas et aperte sive falsas sive interpolatas, in quibus *aeni* mentionem repperisse sibi visus est. — De frumento publico cf. etiam quae ipse exposui, Ann. Inst. Arch. 1844, p. 22 sqq. Ex inscriptionibus autem ibi et ab Or. 3358. laudatis has placet afferre:

6663. D · M ‖ C · VIBIVS · C · F · CELER ‖ VIX · ANN · IIII · MENSB · [1]) XI ‖ FRVM · AC · D · VI · OSTIO · XV ‖ VIBIVS · CELER · F · SVO — Fabr. 234, 617 [Non est plane certae antiquitatis; v. I. N. 6915. Mommsen.] et: C · SERGIVS · C · F · ALCIMVS ‖ VIXIT · ANN · III · MENSIB · III ‖ DIEBVS · III ‖ FRVMENTVM · ACCEPIT ‖ DIE · X · OSTIO · XXXIX ‖ SERGIVS · ALCIMVS · F · SVO — ibd. 235, 618.

1) corr. MENSB.

Tabula aenea rep. anno 1831 in loco dicto *Macchia* prope *Circello* ad sin. Tamari, ubi Ligurum oppidum fuit; exstat nunc *Campolattari.* De ea primam notitiam dedit Guarinius in Bull. Inst. Arch. 1832, p. 110, deinde partem tituli edidit aeri incisam, Comm. XVI (1833), p. 91; cf. Borghesium in Bull. Inst. Arch. 1835, p. 145—152. Postea aliam quandam inscriptionis particulam idem Guarinius publici iuris fecit, comm. IX, ed. 2 (1840), p. 16. Totam vero tabulam primus edidit Garruccius (*antichità dei Liguri Bebiani*, Nap. 1845); deinde ipse ex apographo Brunnii eam et publicavi et illustravi (Ann. Inst. Arch. 1844, p. 5—111; cf. Bull. Inst. 1845, p. 81—94; 233—234); Garruccius autem monumento iterum inspecto totam aeri incidit (*Monumenta rei publicae Ligurum Baebianorum* cet. Romae, 1846, fol.); cf. Bull. Inst. Arch. 1847, p. 8—16. Denique Mommsenius Campolattarum profectus monumentum denuo excussit, quae diverse Brunnius et Garruccius legerant, cum archetypo contulit, veras lectiones deinde in Bull. Inst. Arch. 1847, p. 3—8 proposuit. Quibus fere omnibus a Garruccio comprobatis (Bull. Neap. V, p. 69; cf. p. 121 seq.), de tabulae lectione satis difficili tandem constare videtur. Ego textum proposui, qualem in Inscr. Neap. Mommsenius nuper exhibuit (1354).

1) A. 101. De praenomine Articuleii consulis cf. Ann. Inst. l. l. p. 93. 2) Cornelianorum nomen omittendum esse olim putavi, eorum et Baebianorum duas fuisse civitates ratus; contra Mommsenius eandem demonstravit esse rem publicam, quae modo Ligurum simpliciter dicta sit, modo ab utroque consule, qui eam deduxit, Cornelianorum et Baebianorum nomen sumpserit, modo ab alterutro vel Cornelianorum vel Baebianorum appellata sit; Bull. Inst. Arch. 1847, p. 172 sqq.; I. N. p. 69. 3) Potest esse aut T cum puncto, aut E dimidiata, M. 4) Ante I Garr. tertiis curis vidit vestigium litterae T, ita ut supplendum sit *per*TICA NO*lana*, non *pago lib*ICANO. 5) Idem REIP RO; M. certum de littera T vel I iudicium non pronuntiat. 6) ANLIA vel MILIA? 7) Legi potest et ANNIANI et MILIANI. 8) $\overline{XXXI}$, pro $\overline{XXV}$ errore incisoris antiqui in tabula scriptum, ab eodem statim correctum esse tertiis curis G. adseverat. 9) Scalptor antiquus primum posuerat $\overline{XXVI}$. 10) PAGO, Garr. in tabula. — De singulis rebus cf. commentarium, quo ipse inscriptionem instruxi (Ann. l. l.); quam ut facilius lectores intelligant, unum modo caput eius suppletum proponere liceat: col. III, v. 17 seqq. *debentur hs. LXXXVIIS a C. Valerio Pietate obligatione fundi Herculeiani, adfine Caesare nostro, aestimati hs.* $\overline{XXV}$ *in hs.* ∾ ∾; *item obligatione nona fundi Vibiani pago supra scripto, adfine Marcio Rufino, aestimati hs.* $\overline{XV}$ *in hs.* ∾ Ɖ; *fiunt hs* $\overline{XXXX}$ *in hs.* $\overline{III}$ Ɖ. — Notam $\overline{N}$ in nonnullis locis obviam interpretatus sum: N*umerat.* — POP expl. POP*ulo.* Q. E. IN expl. Q*ui* E*st* IN. — Numeris in margine adiunctis usurae indicantur quotannis solvendae.

6665. Praefectos et procuratores alimentorum videsis passim in capite de *magistratibus.* De ipsa alimentorum quum institutione, tum administratione cf. quae exposui in Annall. Inst. Arch. 1844, p. 5 seqq. et 1849, p. 221 seqq.

6666. C · IVLIVS · C · F · HOR · SEVERVS ‖ SACERD · ISID · ET · MATR · DEVM ‖ QVAEST · ALIM · CAES · [1]) QVAES · R · P · CVR · IVV ‖ $\overline{IIII}$ · VIR · AED · $\overline{IIII}$ · VIR · I · D · $\overline{IIII}$ · VIR · QVINQ ‖ HIC · OB · HONOREM · AEDILITAT · HANC ‖ *po*RTICVM · VETVSTATE · DILAPSAM ‖ · · · · QVAM · IMPEN · MEN-

SVRIS ‖ . . . . HS $\overline{\text{XXVIIII}}$ CCC $\overline{\text{N}}$ · D · D — Faleriis. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 16.

1) Hoc titulo alimenta ex veris imperatorum largitionibus orta esse probatur; cf. titulum n. 5167.

6667. D M S ‖ LIBERALIS COL ‖ COL SIP [1]) SER ARCKAR ‖ QVI ET ANTE EGIT RATIONEM ‖ ALIMENTARIAM SVB CVRA ‖ PRAEFECTOR [2]) ANNIS XXXII ‖ VIVOS SIBI FICERAT (sic) DEDIT AVGVRINO ‖ REIP SER VERNAE MESORI FILIO SVO KARISSIMO ‖ QVI VIX ANN XXIII M VI D X — Rep. extra Sipontum antiquum MD p. a *Manfredonia*. Gervasio, *Iscr. Sipont.* p. 4; Mommsen I. N. 929.

1) COL*onorum* COL*oniae* SIP*ontinae*, G. 2) Gervasius servum ita in colonia Sipontina alimentis praefuisse statuit, ut nullius magistratus municipalis auctoritati subditus sub auspiciis praefectorum imperatoris ea administraret (p. 28); contra quam sententiam quae ipse disserui vide Ann. Inst. Arch. 1844, p. 38. — Idem v. d. de *praefectis*, *procuratoribus*, ceteris magistratibus alimentariis parum recte disputavit, p. 24 seqq.

6668. D ascia *m* ‖ L · SAEPINIO · ORIENTI · AVG ‖ ET · L · SAEPINIO · ORESTI ‖ $\overline{\text{IIII}}$ · VIR · AED · ET · FELICVLE (sic) ‖ FILIAE · ORIENS · ALIMENT ‖ SAEPINATI · [1]) PATRI · ET · FRATR ‖ ET · THALIA · CONSERVA · EIVS ‖ B · M · F — Saepini. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 239; Mommsen, I. N. 4940.

1) Oriens publicus Saepinatium rationis alimentariae, quum pater Oriens manu mitteretur, libertatem non est adeptus, unde *conservam* habere poterat. Orestem contra post manumissionem patris natum ideoque honoribus functum esse censui; cf. Bergkii *Ztschr. f. A. IV.* 1848, p. 204.

6669. CAELIA · C · F · MA*c*RIN*a* · *monu*MENT · EX · *h*S · CC · · · FIERI · IVSSIT · IN · CVIVS · ORNATVM ‖ ET · TVT*e*LAM · *h*S · · · RELIQ*ui*D · EADEM · IN · MEMORI*am* · MACRI · FILI · SVI · TARRICINENSIBVS ‖ HS · |X| · R*eli*QVID · VT · EX · REDITV · EIVS · PECVNIAE · DARENTVR · CEN*t*VM · PVERIS · ALIMENTOR*u*M · NOMINE · SING ‖ MENSIB · *si*NG · PVERIS · COLONIS · ✕ · V · PVELLIS · COLONIS · *sin*G · IN · MENS · SING · ✕ · IIII · PVERIS · VSQ · AD · ANNOS · XVI · PVELLIS ‖ *usq* · *ad* · *a*NNOS · XIIII · ITA · VT · SEMPER · C · PVERI · *et* PVELLAE · *pe*R · SVCCESSIONES · ACCIPIANT — Tarricinae. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 153; vidit postea Bethmannus, qui ab initio tituli nihil deese affirmavit, unde emendavi, quae exemplo parum accurato deceptus Borghesius suppleverat. Cf. nunc Bull. 1853, p. 136.

CAPVT XIV.

RES MILITARIS.

§. 1. NOMINA LEGIONVM. SPECIMEN COHORTIVM, ALARVM, NVMERORVM. CET.

N. 3369, v. 3. VICTR; v. 4. FERRĀ; v. 7. XIII . GEM; v. 9. ITALIC; v. 11. XIIII . GEM — vidi ipse in Mus. Vat. — De legionibus Romanis cf. nunc Grotefend in Pauly, *Realencyclop.* p. 868 seq., et Borghesi, *sulle iscrizioni romane del Reno del prof. Steiner e sulle legioni che stanziarono nelle due Germanie da Tiberio fino a Gallieno, estratto dagli Annali dell' Instituto di corrispondenza archeologica vol. XI, p.* 128 *sqq.* 1839. Ad eos remitto lectores, qui legionum historiam accuratius cognoscere quaeque minus recte sive ab Hagenbuchio sive ab Orellio exposita sint, edoceri cupiunt.

N. 3371, spurius; cf. Kellerm. apud Or. Anall. p. 41.

N. 3372: apographum quidem huius inscriptionis fide dignum me non habere valde doleo; quum vero apud Apianum p. 358. LEG . XXX, LEG vero XX in imagine arcus a Rossinio aeri incisa (*archi trionfali* tab. VI) legi videam, legionem XXIX ne in hoc quidem monumento commemorari mihi certe constat.

N. 3375: pessime Or. Muratorianam commendat scripturam vel potius interpolationem, quum recte se habeat lectio Gudiana, nisi quod in v. 1. TRIB . MIL scribendum est. Exstat Romae in aedibus Matthaeiorum, ubi vidi. Cf. Kellerm. Vig. 250. *Sexvigintivirum* habes n. 6457, ubi videsis.

N. 3376: Borghesius, *Burb.* p. 12 legionem Siculam dictam fuisse credidit, quia in Sicilia conscripta sit; at clade Variana legio XVII interiit, neque ante eius aetatem hic titulus exaratus esse videtur, quippe qui, praeterquam quod nullum altioris vetustatis vestigium exhibet, in Dacia repertus sit a Traiano demum Romanis subiecta.

N. 3377: pro VALENS scribe VALER; de Lama, *Iscr. Parm.* p. 121. In nomine leg. XX dele F post VALERIA; cf. n. 6680.

N. 3379 paullo accuratius legitur apud Lersch, C. M. I, 31, ubi vide. In fine Ⓗ, i. e. H*ic* O*ssa* S*ita*, ut recte idem interpretatus est, op. cit. II, p. 71.

N. 3382: male Or. supplevit PON*tifici maiori*; cf. ad 5954.

N. 3388 = 845.

N. 3390: fortasse ADIVTRIC?

N. 3391, v. 4. DIVIE; Kell. Vig. 279.

N. 3392, v. 4. corr. VALERIANAE . GALLIENAE; Borghesi, *Mem. d. Inst. Arch.* p. 165, et *lap. Grut.* p. 22 (Act. Acad. Taurin. vol. XXXVIII).

N. 3393, v. 3. X̄VIR; v. 5. V̄II . GEMIN; v. 7. CERIAL; v. 12. BELL . . . . . THICVM; Mommsen, I. N. 4934. Not. 1. Antoninum Pium intellige, quem bellum contra Parthos non gessisse quidem, sed parasse Borghesius exposuit, Ann. Inst. Arch. 1852, p. 35 seqq. — M. Aurelius vivens nunquam Pius dictus est; cf. Eckhel, D. N. VII, p. 20.

N. 3395, *ursarium* cf. cum *custode vivarii*, Or. 22.

N. 3404, v. n. 6700.

N. 3406, v. 3. T . F; v. 6. > . VINDICIS; v. 7. ANNIS; deinde sequuntur: MILITAVIT . AN || XX . FECIT . HERES || B . M — Romae, ad S. Mariae trans Tiberim. Kellerm. Vig. 192.

N. 3407, recte P . P ., i. e. *primipilari*; l. l. 181.

N. 3410, est. EXARchi.

N. 3411, spurius. Donatus dedit ex diario Galletti valde suspecto, neque unquam, credo, militem invenies *equo publico* ornatum, nec praefectum turmae nec legionem iuvenum.

N. 3413, monumentum est equitum singularium; cf. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 36, et Murat. 814, 7.

N. 3414: *Catthareuses* pro *Cataris* Pannoniae populo Borghesius habet; cf. Minervini, *intorno la voce Decatrenses* cet. Neapoli, 1852, 4, p. ult.

6669 a. C · CLODIO · P · F · STE · LEG · XXX[1]) || ET · VALERIAE · SEX · L || · · ODORAE || H · F · C — Beneventi. Vidit Brunnius.

1) Et miles et legio cognomine carentes aetatem satis antiquam testantur. Postea solam *leg.* XXX *Ulpium victricem* lapides exhibent.

6670. A · VETVRIO · A · F · PATRI || PETRONIAI · A · F · TANNIAI · MATRI || TERENTIAI · T · F · SECVNDAI · VXORI || C · VETVRIVS · A · F · LEG · V̄ · VRB[1]) || TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT — *Vighizzoli*, nunc in Museo Atestino. Grut. 568, 2; Furlanetto, *ant. lap. del. Mus. d'Este* p. 93, et *lap. pat.* p. 204; cf. Borghesi, *Burbuleio* p. 12 et Ann. Inst. Arch. 1839, p. 145.

1) Legio ita appellata, quia in Urbe conscripta erat, antiquior propterea imperio Augusti est. Borghesius eam post proelium Actiacum in colonias deductam esse censet, unamque alteram eius mentionem apud Donium (cl. VI, 119 = Mur. 860, 2) exstare affirmat: M . TVDICIVS . M . F || NIGER . LEG . V . VRB || SIBI . ET . GRANIAI . M . L || AFRODISIAI . VXORI; cf. Borghes. ad Furlanetti *lap. d'Este* p. 93 sq., not.

6671. Ad coloniam post victoriam Actiacam Atesten deductam hic quoque titulus pertinet nunc Patavii asservatus: OSSA || SALVIO · SEMPRONIO || C · F · ROM · LEG · XI || ACTIACO · LICINIA || L · L · F -- (Grut. 161, 12; Furlan. *lap. pat.* CLXVIII), quem conferas cum quattuor aliis inscriptionibus apud Furlanettum (l. l. nn. CLXIV—CLXVII) obviis, in quibus cognomen Actiacis eiusdem legionis militibus additur.

6672. C · CABILENVS · C · F · FAL || GALLVS · LEG · VIII · MVTINENSIS[1]) — Teani. Mommsen, I. N. 3993.

1) Genuinam esse inscriptionem quamquam primum a Pratillio (V. Appia p. 231) publicatam auctoritate Hoarii confirmatur (*Classical tour* I, p. 253). Cf. *legionem Soranam* Or. 3681 et *Sabinam*, quam videsis in nostro capite de rebus municipalibus n. 7142.

6673. L · VINVSIVS · || L · F · VETER || LEG · VIIII · || TRIVMPH[1]) || SEPTVMIAE || P · F · SABINAE || VINVSIAE TER-|| TVLLAE · F · ANNO · · || I · · · — Rep. *Visinadae* in Istria, nunc Venetiis in Museo patriarchali. Labus, *Nuovo raccoglitore* CI, 1833; Kellerm. Vig. 291.

1) TRIVMPH*atricis* vel TRIVMPH*alis* cognomen hoc unico in monumento legioni VIIII tribuitur, idque eam victoria ad Mundam de Pompeianis reportata sibi comparasse, Labusius suspicatus est (l. l.); cf. Borghesi, *Burbuleio* p. 10, qui tamen notat,

neque plane certum esse, legionem illam illi proelio interfuisse, nec de cognomine eius posteriore constare, num re vera *Hispanica* propter bella ab Augusto contra Astures et Cantabros gesta cognominata sit. Hoc constare, Hispanicae appellatione eam carere in nummis Antonii triumviri, Tiberio autem imperante ea usam esse; quam etiamsi sub Augusto adepta erat, fieri tamen poterat, ut non propter victorias ita appellaretur, sed quia delectu in Hispania habito renovata erat.

6674. T · CISSONIVS · Q · F · SERVEI [1] || LEG V̄ GALL [2] DVM VIXI || BI [3] LIBENTER BIBIN [4] VOS || QVI VIVITIS || P · CLISONIVS [5] Q / SER FRATER || FVIT [6] — Antiochiae ad Pisidiam. Hamilton, *Researches in Asia minor* vol. II, app. n. 183.

1) l. SER*gia* VET*eranus*. 2) Cognomen *Gallicae* novum in legione V est; sed eadem est, quae plerumque Alaudae appellatur, quam e Gallis transalpinis Caesarem conscripsisse scimus. — Titulus, ut praecedentes legionum *urbanae*, *Mutinensis*, *Soranae*, *Sabinae*, *triumphatricis*, aetatis est satis antiquae, et fortasse Cissonius ex colonis fuit ab Augusto Antiochiam deductis. 3) l. *bi*BI. 4) l. BIBI*te*. 5) l. CISSONIVS. 6) corr. FECIT.

6675. C · VALERIVS · C · F · AEM · ARSACES || LEGIONE · V · ALAVDAE · [1] SIBI · ET || VALERIAE · C · L · VRBANAE || CONCVBINAE · SVAE · EX || TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT — In ruinis Ligurum Baeb. (*Macchiae*). Mommsen, I. N. 1361 ex Garruccii Mon. Lig. Baeb. p. 20.

1) Legionem quintam *alaudae* potius, quam *alaudam*, cognominatam fuisse hoc titulo evincitur; Mommsen, op. cit. in indice XVI. — Britanni legionem quandam nonam alaudam repperisse sibi visi sunt in titulo sequenti, qui hic afferatur, ne quis eo in errorem induci possit:

6676. L · SEMPRONI · FLAVINI · MILTS · LEG · VIIII || Q (?) ALAVDI SEVERI [1] || AER [2] VII ANOR XXX || ISPANICA LERIA [3] || CIVI MA [4] — Lincoln. *Gent. Mag.* 1842, II, p. 350; Newton, *Excerpta ex inscriptionibus de Britannia*, p. CXII, n. 53 a.

1) Legionem credo esse nonam Hispanicam amisso cognomine; in litteris vero sequentibus latere *sub cur*A (vel simile aliquid) *c*LAVDI SEVERI. 2) Cf. 3551. 3552. et nostros nn. 5202. 6841 seqq. 3) Civitas Hispaniae Tarraconensis. 4) MA*ximi exempli*?

6677. ... || TRO · MAXIMO · IIII · VĪR || I · D · IIII · VIR · QVĪNQ · BIS || FLAMINĪ · AVGVSTALĪ || TRIB · MĪL · LEG · V̄Ī · GEMELL [1] || PRAEF · FABR · AVGVRĪ || QVAESTORI · D · D — Aeserniae. Garrucci, *Storia d'Isernia* n. 24; Mommsen, I. N. 5025, qui vidit.

1) Legionem GEMELLAM pro *gemina* dictam primum in hoc lapide inveni, quamquam Caesar (B. C. III, 4) eadem appellatione utitur. Hinc corrigenda, quae in explicanda tabula honestae missionis in Annall. Rhenanis a. 1848 contra Boeckingium v. cl. proposui, licet, quae de *ala Gemelliana* monui, vera esse etiamnunc credam.

6678. Q PEIL^VS · Q · F · ΦEN || SECVNDVS · DOM || MEDIO MLES · LEG || XV · PRIM · [1] ANN · XXV || STIP · V · H · EX · T · F · C — Bonnae. Lersch, C. M. II, n. 41; Steiner, I. Rh. 778; I. Rh. et Dan. II, 1016.

1) Cognomen PRIM*igeniae* legioni XV hoc tantum et altero titulo sequenti tribuitur; cf. Borghesi, *Iscr. Renane* p. 38 ex Annall. Inst. Arch. 1839, et Grotefend, *Pauly's Realencycl.* p. 895.

6679. L · PIPERACIVS ‖ L · F · STELL · OPTA‖TVS · DOMO · TAV‖RINVS · MIL · ‖ LEG · XV · PRIM · ‖ ANN · XXIII · STIP · IV · ‖ H · EX · T · F · C — Bonnae. Donat. 299, 7; Steiner, I. Rh. 777; I. Rh. et Dan. II, 1017; Lersch, C. M. II, n. 47.

6680. T · IVNIO · T · F ‖ GAL · SEVERO ‖ DIANENSI ‖ OMNIBVS · HONORIBVS ‖ IN · REP · SVA · FVNCTO ‖ PRAEF · COHORTIS · IIII ‖ DALMATARVM ‖ TRIBVNO · LEG · XX ‖ VALERIAE · VICTRIC ‖ L · SEMPRONIVS · FVNIPVS (?) ‖ AMICO · OPTIMO — Dianii (*Denia*) Hispaniae. Cortès, *Diccionario* II, p. 413. Cf. ad n. 3377.

6681. I · O · M ‖ DOLICHENO · IN · HO‖NOR · D · D · P · FERASIVS · CL · AVITVS · SAVARI‖A · 7 · LEG · VIII · AVG · P · F · CO [1] ‖ EX · AQVILIFERO · LEG ‖ I · ADIVTRICIS · PRO · SE ‖ ET · SVIS · V · S · L · L · M ‖ APRONIANO ‖ ET · BRADVA · COS [2] — *Aschaffenburg*. Steiner, I. Rh. 165, et I. Rh. et Dan. I, 712.

1) CO*mmoda*; cf. 3714. 2) A. 191.

6682. D · M · M · AVR · HERACLE · HER · · · · · · · · · ‖ DVPLICIARIO · LEG · I · M · SEVERI*anae* · · · · ‖ NATIONE · TRAX · DOMO · · · · · · · · · · ‖ *s*TIP · XXI · TESTAMEI · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · TIS · · · — Bonnae. *Jahrbb. d. V. v. Alterthsfr. im Rheinl.* II, p. 83, 10.

6683. LEG · XXX · V · V · VAL · S · A · AVG [1] — Xanten. Steiner, I. Rh. 654.

1) V*lpia* V*ictrix* VAL*eria* S*everiana* A*lexandriana* AVG*usta*; Borghesi, *Iscr. Renane* p. 51, ex Ann. Inst. Arch. 1839.

6684. *v*IBIO · FELICI · MI*l* ‖ *l*EG · III · AVG · P · V · [1] QV*i* ‖ *c*ONGRESSION*e* ‖ HOST · DIMICANS ‖ OBIIT · VIX · ANN · XXI · M · X ‖ DIEB · XV · MILITAVIT · AN‖NO · VNO · M · I · D · II · L · VIBIVS · FELIX · PATER · FIL · AMAN‖TISSIMO · IN · SVO · FECIT — Prope Lambaesin. *Revue archéol.* VIII, p. 509.

1) P*iae* V*indicis*; cf. n. 3664, 5331 et:

6685. DEO · SOL · IN‖VICTO · MI‖THRAE ‖ M · AVREL ‖ M · F · SERGI‖A · CARNV‖NTO · SABI‖NVS · PRAE‖FECT · LEG ‖ III · AVG · P · V · MAXIMIN*ia*‖NAE · [1] V · S · L · M — Lambaese. *Journal des Savants* 1847, p. 622; minus correcte p. 736.

1) Cognomen *Maximinianae* scalpro erasum est. — Legio III Augusta *pia vindex* iam aetate Severi et Caracalli dicebatur (n. 5331). Quum vero Capelliano duce contra Gordianos pro Maximino arma sumpsisset, ipsa pro tempore, ni fallor, dimissa est; unde in multis monumentis nomen eius abrasum et postea repositum videmus. — Eandem nomine *Severianae Alexandrianae* ornatam habes in titulo n. 6504.

6686. HIC · SITVS · EST · IVSTVS ‖ LAVDATOR · ET · AEQ*uus* ‖ SASSINA · QVEM · GENVIT ‖ NVNC AQVILEIA · TENET ‖ OPTIME · QVI · COHORTIS ‖ CENTVRIAM · REGVIT (sic) ‖ PRAETORIAE · FIDVS · NON ‖ BARBARICAE · LEGION*is* [1] ‖ C · MANILIVS · HIC · VALERI‖IANVS · NOMINE · DICTVS ‖ SENTI-

LIVS · FRATER QVIA || MERITVS · POSVIT — *Schulzeitung* 1832, p. 409.

1) Nota legionem *barbaricam* dictam.

6687. HIC QVIESCIT VITALIS QVI || VIXIT ANNOS LXXV · MILIT||AVIT INTER IO*viano*S SENIO||RIS [1]) AN · XL · CONIVX KARISSIMA || TITVLVM POSVIT — Treviris. *Rhein. Jahrbb.* XII, p. 71, n. 166.

1) Cf. n. 3385.

6688. Quomodo militum corpora, sive legiones, sive cohortes alaeve, ab imperatorum nominibus cognomina traxerint, exemplo *cohortis* I *Aeliae Dacorum* optime declaratur, quippe quae Antoniniana, Gordiana, Postumiana, Tetriciana in lapidibus Britannicis denominetur (cf. Borghesi, *Iscr. perugina della Porta Marzia* p. 19 ex *Archivio storico ital.* vol. XVI):

I O M || CO*h* $\overline{\text{I}}$ AELIA || DACORVM || CVI PREEST || · · · · · · — *Burdoswald* Cumbriae. Gough, *Camden's Britannia* III, tab. 27, 12.

6689. I O M || COH · $\overline{\text{I}}$ · AELI*a* || DAC . ANTO*n* — ibd. l. l. 15.

6690. I O M || CHO (sic) · I · AEL || DAC · GORD||IANAE · [1]) C · PREEST || · · · · · · · · · || · · · · · · · · · · || — ibd. Grut. 1063, 11.

1) l. GORDIANA.

6691. I O M || COH I AEL || DACORVM || POSTVMI||ANA C P [1]) || PROB AV||GENDVS || TRIB — ibd. Gough, op. cit. tab. 28, 8; cf. 7.

1) *Cui Praeest.*

6692. I O M || COH I AEL DAC || TETRICIANORVM || · · · C · PR · LVTIC || · · VS · DESIG||NATVS || TRIB [1]) — ibd. Grut. 1063, 10.

1) Gough, op. cit. tab. 27, 11: TETRICIANORO || . . . C P POLVLI . . || . . . . . DESIG||NATVS || TRIB.

6693. *Vexillationes* Orellius in Britannicis potissimum inscriptionibus commemorari docet: at in omnibus provinciis, in quibus legiones tendebant, vel in quas belli gerendi causa mittebantur, vexillationes quoque fuisse facile constat. Habemus Neratium Proculum missum *ad deducendas vexillationes in Syriam* (Or. 3393); Fabium Cilonem *ducem vexillationum per Italiam exercitus imp. Severi Pii Pertinacis Aug. et M. Aurelii Antonini Aug.*, *praepositum vexillationibus Perinthi pergentibus* (Grut. 407, 1 = Mar. I. A. XL; cf. Grut. 407, 2 = Mar. I. A. XLI); T. Pontium Sabinum *praepositum vexillationibus milliariis tribus expeditione Britannica leg. vii geminae*, *viii augustae*, *xxii primigeniae* (n. 5456). In Africa *vexillationem* vidimus *legionis sextae ferratae* viam fecisse sub imperio Hadriani (n. 6621); in Germania cf. ipsum Or. n. 2008, 2009, 2010. — Haec sufficiat attulisse exempla, quibus haud raro ubique vexillationes commemorari comprobetur.

6694. L · SAPPLIVS · AGRIPPA · DEC · COL · OVIL [1]) || SIBI · ET · PRIMIAE · HON · [2]) CONIVGI · ET || L · SAPPLIO · OPTATO · D · COL · S S [3]) · FILIO || ET · L · SAPPLIO · AGRIPPA*e* ·

COHORT · IIII · THRACVM || SYRIACAE · TRIB · MILIT · LEGION || VII · CLAVDIA*e* || PRAEF · CLASSIS · ALEXANDRIN || ET · POTAMOI · SACIAE · [1]) PROC || AVG · ALPIVM · [2]) MARITVMAR || DELECTATORI · AVG · PROCV*r* [3]) || PROVINC · VETERIS · [4]) HISPAN || BAETIC · PROC · PROVIN*c* · CAP||PADOCIAE · [5]) PROC · PROVINCIAE || ASIAE · PROC · PROVINCIARVM || TRIVM · AVG [6]) || MALACIT · PATRONO || D · D — Malacae. Cortès, *Diccionario* III, 159; Murat. 1056, 4; Don. V, 66.

1) POTAMO . PYLACIAI Mur. — Ego POTAMOPHYLACIAE scribendum esse censeo. Constat, in Aegypto *φυλακὰς* appellatas esse stationes portitorum et speculatorum, ut *Ἑρμοπολιτικὴ φυλακὴ τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων* (Strab. XVII, p. 813). Agatharchides (Phot. Bibl. p. 447 ed. Bekker) ex nomis inter Memphin et Thebas sitis ultimum modo *φυλακήν*, modo *σχεδίαν* appellari tradit; *ἐν ταύτῃ τῶν ἄνωθεν καταγομένων εἰσπράττονται καὶ τιθέασι τὸ τέλος. Φυλακὴ* igitur et *σχεδία* promiscue dicuntur de amnicis portitorum stationibus. Iam vero notissimus est Alexandrinorum pagus suburbanus, *Σχεδία κατοικία πόλεως* a Strabone dicta, *ἐν ᾗ τὸ ναύσταθμον τῶν θαλαμηγῶν πλοίων, ἐφ' οἷς οἱ ἡγεμόνες εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀναπλέουσιν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τελώνιον τῶν ἄνωθεν καταγομένων καὶ ἀναγομένων· οὗ χάριν καὶ σχεδία ἔζευκται ἐπὶ τῷ ποταμῷ, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ τόπῳ* (XVII, p. 800). Potamophylaciam igitur stationem esse credo frumentariorum, speculatorum, portitorum in Nilo flumine ad *Σχεδίαν* agentium, quorum praefectura praefecto classis Alexandrinae mandata erat. 2) AEDIVM, C. falso. 3) PROV . . . , Mur. fortasse recte, quum delectatoribus provinciae nomen addi soleat. Vix tamen spatium sufficit, in quo nomen eius positum fuisse credas. 4) VLTERIS, Mur.; l. VLTERIORIS. Quamquam enim *Hispaniae novae* nomine Asturiam et Gallaeciam appellatas esse antea vidimus (n. 6914), *veteris* nomine si qua pars Hispaniarum dicta est, provincia tantum *citerior Tarraconensis* indicari poterat. [At cum ulterior Hispania ab Augusto divisa sit in Baeticam sive proprie ulteriorem et Lusitaniam, Baeticae quoque *veteris* nomen videtur convenire. MOMMSEN.] 5) CAR||TAG . GAL, M., fortasse CAP||PAD(*ociae*). GAL(*atiae*). 6) Mur. TRIVM || . . . . || . . . . CIT . R . P; corr. TRIVM || *galliarum aquitanic* . IVG(*udunensis*) || *belg*. Quas deinde habet litteras CIT, eae ad vocem MALACIT exempli Cortesiani spectare videntur.

6929. C · IVL · C · FIL · QVIR C · IVL · C · FIL QVIR · CELSO
CELSO MAXIMIANO A LIBELLIS · ET · CENSIBVS
ADLECTO ANNORVM QVATTVOR PROC PROVINCIAR LVGVD ET AQVITANIC
IN AMPLISSIMVM ORDINEM PROC PATRIMONI PROC $\overline{XX}$ HEREDITAT ROMA*e*
AB IMP T AELIO HADRIANO PROC NEASPOLEOS ET MAVSOLEI ALEXANDRIAE [1]) PROC
ANTONINO AVG PIO P · P $\overline{XX}$ HEREDITAT · PER PROVINCIAS NARBONENS*em*
ET AQVITANICAM DILECTATORI [2]) PER AQVITANICA*e*
XI POPVLOS [3]) CVRATORI VIAE LIGNARIAE TRIVMPHA*lis* [4])
APPIANVS . AVG . LIB . TABVL . RATION . FERRAR [5])

Lugduni. *Journal des Savants* 1837, p. 661; corr. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VII, 8, p. 246.

1) Cf. n. 6924. 2) Cf. titulum praecedentem. 3) Hasius v. c. (*Journal des*

Savants l. l.) corr. IX *populos*; nota enim divisio est provinciae in *Aquitanicam* et *Novempopulanam*, quam a Constantino institutam esse plerique statuerunt (cf. Böcking ad Notit. Dign. Occid. p. 492*, n.). Sed obstat auctoritas editoris Lugudunensis accuratissimi. [Omnino non per universam Aquitaniam dilectum egit Celsus, sed per undecim populos vel civitates solas; cf. infra n. 6946. MOMMSEN.] 4) De hac via mihi certe nihil compertum est. 5) Cf. Mommsen, *Epigr. Anall.* in *Berichte d. S. Ges. d. W.* 1852, p. 246.

6930. SEX · CORNELIO · ‖ SEX · FIL · QVIR · HO‖NORATO PONT · ‖ MILIT · EQVESTRIB · ‖ EXORNATO 1) PROC · ‖ SEXAGENARIO · ‖ PROC · MESOPOTA‖MIAE E M V 2) EX TEST‖AMEN · EIVSDEM ‖ M · CAECIL · CAECI‖LIANVS IERES — Arsenariae (Arzew). *Journal des Savants* 1837, p. 652; Hefner, *R. Inschr. m. Bem. Algerien* LXIV (*Abhh. d. k. b. Akad. d. W.* V, 2.)

1) Cf. Or. 4552: *omnibus equestribus militiis perfuncto*; fuerat enim praefectus cohortis, tribunus legionarius, praefectus alae. [Imo quattuor stipendia equestria meruerat, v. ad n. 6849. MOMMSEN.] 2) ET MAV Hefner; E MA Hasius in l. d. S. l. l., *et Mauretaniae* interpretati. Ego: *Egregiae Memoriae Viro*. — *Praefectum* Mesopotamiae habes n. 6923. Pro PROC scr. PROV.

6931. · · · · · · · · · · · · · · · ‖ PATR*ono* · · · · IE PRAEF ‖ COLONIAE · ACTORI PVBLIC 1) ‖ IIVIRO · AB AERARIO ITEM ‖ IIVIRO · A IVRE · DICVNDO ‖ FLAMINI · AVGVSTALI CVI ‖ DIVVS · AVREL · ANTONINVS ‖ CENTENARIAM PROCVRATION ‖ PRO · HADRIMETINAE 2) DEDIT ‖ SACERDOTI · AD ARAM CAES N — In eodem lapide paucae reliquiae alterius cuiusdam inscriptionis leguntur. Lugduni. Millin, *Voyage* I, p. 525; corr. Boissieu, *Inscr. de Lyon* V, 5, p. 156; cf. Mommsen, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 63.

1) Alterum exemplum *actoris* magistratus, non servi habes n. 6532. 2) Provincia *Hadrumetina* tertia videtur esse dioecesis provinciae Africae, cuius dioeceses Hipponensis et Carthaginiensis satis notae sunt.

6932. Q · AXIO Q F PAL *aeliano* 1) ‖ EQ · P · LAVRENTI LAVIN ‖ CVRATORI AD POPVLV*m col* ‖ TRAIANAE ET AVRELIAE ‖ AECLANENSIS · 2) PROC · AD ALIM ‖ PER APVLIAM CALABRIAM LV‖CANIAM ET BRVT*t*IOS PROC ‖ RAT PRIV PROV MAVR CAES ‖ ITEM PER BELGICAM ET DVAS ‖ GERMANIAS PROC · PRO*v* ‖ DAC APVL BIS VICE PRAESIDIS 3) ‖ ORDO COL SARMIZ ‖ METROPOL PATRONO — *Brettye* Transilvaniae, eff. Sarmizegethusae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 155.

1) Cf. Or. 1762, et Grut. 78, 2. 2) In municipium Aeclanense bis colonias deductas esse, a Traiano alteram, alteram a M. Aurelio, hoc lapide docemur. 3) Praeside mortuo vel absente procuratorem eius vice provinciam rexisse constat; cf. e. g. Mar. Att. p. 5. *proc. provinciae Asiae, quam mandatu principis vice defuncti procos rexit*, et:

6933. · · · · · · · · · · · · · · ‖ P · P · PRAEF · LE*g* · · · · · *trib · coh* · · · · *vig · trib · coh* ‖ XIIII · VRB · TRIB · C*oh* · · · *pr · proc · prov · gallia*‖RVM · LVG · ET · AQV*itan* · · · · · · · · · · · · ‖ PROC · PROLEG · 1) PRO*vinciae* · · · · · · *coniu*‖GI · ET · VAL · IVLIANO · F · · · · · · · · — In aedd. publicis Reatinis vidit Mommsen. Kellerm. Vig. 180.

1) PROC*urator* PROLEG*ato*; cf. *praefectum pro legato* n. 732.

6934. L · IVLIO VICTORI || MODIANO V · E · PROC · || AVGGG · NNN · PER NV||MIDIAM V A 1) PROC · TRAC||TVS THEVESTINI || FOR · 2) IVNIVS VINDEX || ET DIOTIMVS AVGGG || LIB · ADIVT · TABVL || IVS · 3) AB · AMORE EIVS || SEMPER ET DIGNA||TIONE PROTECTI — Constantinae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk.*, *Algerien* XXVI (*Abhh. d. k. b. Akad. d. W.* V, 2).

1) *Vice Agens.* 2) Fortasse POS*uerunt*? [Malim FORTVNATVS. Mommsen.] 3) l. *e*IVS. — Cf. titulum Grut. 586, 9:

6935. D · M || BASSO · AVG · LIB || PROX · AB · EPISTVL || GRAECIS · PROC · TRACTVS || CARTHAGINIENSIS || FABIA · Q · F · PRISCILLA || MARITO · PIISSIMO || ITEM · CLAVDIVS · COMON || PATRI · BENEMERENTI || FECERVNT —

6936. TIB · CLAVDIO || TIB · F · QVIR || AVGVSTANO PATRI || BELLICI · SOLLERTIS 1) || PROC · AVG · PROV · BRITAN || CLAVDIA · TI · F · MARCELLINA 2) — *Terenzuolo* in agro Veronensi. Ann. Inst. Arch. 1830, p. 258.

1) Hic Bellicius Sollers pater videtur esse Bellicii commemorati n. 6912. 2) Cf. l. l. et Grut. 865, 14; Maff. M. V. p. 120, 2.

6937. L · MARCIVS · Q · F · GAL · OPTATVS || AEDIL · TARRACONE · IIVIR · ILVRONE · ET · IIVIR · QVINQVENNALIS · PRIMVS || PRAEFECTVS · ASTVRIAE · TRIBVN · MILIT || LEGIONIS · SECVNDAE · AVGVSTAE || ANNOR · XXXVI · IN · PHRIGIA DECESSIT — *Mataró. Mem. de la R. Acad. de la historia, Madrid* VII, 1832, p. XXIV.

1) Asturiam a praefectis administratam esse, hoc titulo primum docemur. [Vide ne hic agatur de oppido Asturica Augusta. Mommsen.] Alios huius generis praefectos habes in sequentibus monumentis.

6938. C · BAEBIO · P · F · CLA || ATTICO || IIVIR · I · D · PRIMO PIL · LEG · V · MACEDONIC · PRAEF || CIVITATIVM · MOESIAE · ET || TREBALLIAE · PRAEF · CIVITAT || IN ALPIB · MARITVMIS · TR · MIL · COH || VIII · 1) PR · PRIMO · PIL · ITER · PROCVRATOR || TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG · GERMANICI || IN NORICO || CIVITAS || SAEVATVM · ET · LAIANCORVM 2) — Rep. prope Iuliam Carnicam, nunc in Museo civitatis *Cividale*. Cardinali, *Dipl. mil.* n. 436; *Istria* 1847, p. 40; misit mihi Orlandius v. c., qui duo inscriptionis exempla litteris aeneis ornata ibi exstare auctor est, in quorum altero versus duos ultimos deesse ex apographo eius apparet.

1) VII, Istria. 2) Male TALANCORVM Card. — Cum *Saevatibus* cf. *Sebatum* Norici, Forbiger, Geogr. III. p. 460.

6939. SEX · PEDIO · S · F · AN || LVSIANO · HIRRVTO || PRIM · PIL · LEG · XXI · PRAE*f* || RAETIS · VINDOLICIS · VALL*is* || ROENINAE · 1) ET · LEVIS · ARMATV*r* 2) || IIII · VIR · I · D · PRAEF · GERMANIC*i* || CAESARIS · QVINQVENNALIC*i* · *i*VRIS · 3) EX · S · C · QVINQVEN · ITERVM || HIC · AMPHITHEATRVM · D · S · P · FECIT || M · DVLLIVS · M · F · GAL-

LVS — Inserta parieti ecclesiae D. Donati pagi S. Valentini; spectat ad Interpromium. Mommsen, I. N. 5330, ubi v. cett.

1) l. *Poeninae*. Supplevi cum Mommsenio VALL*is*, non VALL*i*, iis Vindolicis Pedium praefuisse ratus, qui vallem Poeninam tenebant. Neque enim virum primopilarem tribus populis praepositum fuisse credo, et Vindelicos aeque ac vallem Poeninam ad Raetos pertinuisse constat; cf. Mannert, Geogr. III, p. 609; 617. [Equidem volui sic intellegi genetivum ut suppleatur *incolis*; Vindolicos enim vallis Poeninae nequaquam probo. MOMMSEN.] 2) Cf. 3426. 3) Cf. 3874 seqq, et quae ipse exposui in Eph. litt. Ienens 1847, n. 62, p. 247 sq.

6939 a. L · VOMANO · VICTOR ‖ PROCVRATOR · AVG ‖ NOSTRI · PRAESIDI ‖ ALPIVM · COTTIAR · · · · ‖ ABSTINENTIA · · · · · ‖ VMANIT · · · · · · · · · · ‖ (cetera evanida) — Segusione. Gazzera, *del ponderario e delle antiche lapidi eporediesi*, *Torino* 1852, 4 (*ex Memorie della R. Accad. d. scienze*, *serie* II, t. XIV), p. 47.

6940. Q · COSCONIO · M · F · FRONTONI ‖ PRAEF · FABR · A · COS · ADLECTO · PRAEF · COH · I ‖ · · · · TI · TRIB · MIL · LEG · I · ITAL · PROC · AVGG ‖ AD · VECTIG · XX · HER · PER · PONTVM · ET · BITHY‖NIAM · ET · PONTVM · MEDITERRANEVM · ET ‖ PAPHLAGONIAM · PROC · AVGG · ITEM · AD ‖ VECTIG · XX · HER · PER · ASIAM ·[1]) LYCIAM ‖ PHRYGIAM · GALATIAM · INSVLAS · CY‖CLADAS · SVB · PRAEF · ANN · VRB · PROC ‖ AVGG ·[2]) ET PRAEF ·[3]) PR · SARDINIAE ‖ OPTIMO · ET · RARISSIMO PRAES ‖ T · SEMPRONIVS · VICTOR ‖ OPTIO PRAETORI[4]) — Carali. Della Marmora, *voyage* II, 480, 36 cuius exemplum ex alio quodam titulo eidem homini posito restitui; cf. Murat. 695, 2.

1) Mur. PAMPHYLIAM pro ASIAM exhibet. 2) Mur. PROC . AVGG . AD VECTIG . PR . GALLIC ‖ PROC . AVGG cet. 3) Cf. 4929 et Mur. 682, 4. 4) Titulum Murat. posuit OPTIMO . ET . SANCTISSIMO . PRAEPOSITO ‖ LVCRETIVS VCC (num AVGG?) TABVL . PROV . SARD .

6941. D · SEVERIO · D · F ‖ PAL · SEVERO · AED ‖ IIII · VIR · I · D · PRAEF · PRAE‖SIDIORVM · ET · MONTIS · BERONICES[1]) ‖ SCRIBAE · QVAESTORIO ‖ DECIMIA · PROPOSIS · MARITO ‖ OPTIMO — Sulmone. Lupoli, It. Venus. p. 374, male; corr. ex Cod. de Matteis Mommsen, I. N. 5444.

1) Cf. n. 3880. 3881.

6942. Q · LICINIO ‖ M · F · GAL · SILVA‖NO · GRANIANO ‖ FLAMINI · ROMAE ‖ ET · AVG · PROVINC ‖ HISPAN · CITER ‖ PRAEFECTO · ORAE ‖ MARITIMAE[1]) ‖ PROC · AVG ‖ P · H · C — Tarracone. *Mem. de la R. Academia de la historia*, *Madrid*, V, p. XIX.

1) Sc. Laletanae; cf. Grut. 430, 4.

6943. VASIENS · VOC ‖ C · SAPPIO · C · FILIO · VOT[1]) ‖ FLAVO ‖ PRAEFECTO · IVLIENSIVM ·[2]) TRIBVN ‖ MILITVM · LEG · XXI · RAPACIS · PRAEF ‖ ALAE · THRACVM · HERCVLANIAE · PRAEF ‖ RIPAE · FLVMINIS · EVPHRATIS[3]) ‖ QVI HS XII REIPVBLICAE IVLIENSIVM ‖ QVOD AD HS XXXX VSSVRIS PERDV‖CERETVR TESTAMENTO RELIQVIT ĐEM ‖ HS ·

L · AD PORTICVM ANTE THERMAS || MARMORIBVS ORNANDAM LEGAVIT — Vasione rep., nunc in Museo Avenionensi. Grut. 1090, 21; corr. *Mém. des Antiquaires de France* XVI, p. 140.

1) VOLT*inia.* 2) Iulienses sunt cives *Fori Iulii*, s. *coloniae Octavanorum Pacensis*, quae et *classica* dicebatur (Plin. N. H. III, 4, 35; Mela II, 5). Eorum *praefectus* nescio utrum *praefectus* sit pro *IIviro*, an magistratus quidam, ut ita dicam, militaris. Quum enim praefectura illa eo loco in honorum serie posita sit, quo praefecturae cohortium laudari solent, ipsa vero colonia ob classem ibi tendentem gravioris sane momenti fuerit, non sine probabilitate fortasse statuere licet, curatorem quasi quendam ei ab imperatore datum esse, cui praefecto nomen fuerit. Forum autem Iulii, ναύσταϑμον Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ a Strabone dictum (IV, 1, p. 184), quo Caesar Augustus rostratas naves Actiaca victoria captas miserat (Tac. Ann. IV, 5), Tacitus *claustra maris* dixit (Hist. III, 43). 3) Cf. 3234, et Tac. Hist. IV, 55: *praefectus ripae Rheni.*

6944. TIB · ANTISTIO · FAVS||TI · FIL · QVIRINA · MARCI||ANO · DOMO · CIRCINA · || PRAEF · COH · II · H*isp*ANAE · || TRIB · LEG · XV · *apol*LINARIS || PIAE · FIDELI*s* · *pr*AEFECTO · ALAE · SVLPIC*ia*E · C · R · SECVN·||DVM · MANDATA · IMPP · DO||MINOR · NN · AVGG · INTEG||ERRIM · ABSTINENTISSIMO||Q · PROCVR · TRES · PROVINC || GALLIAE · PRIMO · VMQVAM · EQ · R · A · CENSIBVS · ACCIPI||ENDIS ·[1] AD · ARAM · CAESA||RVM · STATVAM · EQVESTREM · PONENDAM · CENSVE·||RVNT — Lugduni. Grut. 355, 6.

1) Antea enim viri consulares, interdum praetorii, censui conficiendo in provinciis praefuerant; cf. Borghesium in Ann. Inst. Arch. 1846, p. 316 seqq. (qui hunc titulum aetati vel M. Aurelii et L. Veri, vel Severi et Antonini tribuit), et nn. 384; 3652; 6453 cet. — Opera autem utebantur hominum gradus inferioris, i. e. *adiutorum ad census* (cf. l. l. et Grut. 403, 5), vel singulas provinciarum civitates singulis magistratibus censendas tribuebant; cf. Or. 208, nostrum n. 5212, et titulos sequentes.

6945. C · AEMILIO · C · F · GAL · FRAERN*o* || PRAEF · FABR · II || TRIB · MIL · LEGIO||NIS · V · ALAVDA*e* || FLAMIN · P · H · C || HIC · CENSVM || EGIT · IN · PROVIN*c* || GALLIA · AQVITANC || P · H · C — Tarracone. De Laborde, *Voyage de l'Espagne* pl. 88, 13; *Mem. de la R. Acad. de la historia*, *Madrid V*, p. XIX.

6946. Q · LOLLIO · Q · F || ANI · FRONTONI || TRIB · MIL · LEG · III · AVG || PRAEF · FABR · TERT || PRAEF · EQVITVM · ALA · I · · || NVMID · IIVIR · PONT || CIVITATES · XXXXIIII || EX · PROVIN · AFRICA || QVAE · SVB · EO · CENSAE · SVNT[1] — Ad Ilium Troadis. Kellerm. Vig. 256.

1) Cf. n. 5209.

6947. *t* · *haterio* · · · *fil* · *nepoti*[1]) || · · · · · *primipil*O · PRAE*fecto* || *coh*ORTIS · TRIB · MILI*tum* || *p*RAEF · EQVIT · CENSITO*ri* || BRITTONVM · ANAVION*ens*[2]) || PROC · AVG · ARMENIAE · MAI*or*[3]) || LVDI · MAGNI · HEREDITATIVM || ET · A · CENSIBVS · A · LIBELLIS · AV*g*[4]) || PRAEF · VIGILVM · PRAEF · AEGYP*ti*[5]) || M · TAMINIVS · CRI · · · · · || · · · · · · · · · · · · · · · — Fulginiis. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 313.

1) Cf. Borghesium, l. l. 2) Populus ignotus. 3) Armeniae maiori a p. R. c. 867 a Traiano imperio additae Hadrianus anno 870 *regem habere permisit* (Spart.

27; l. l. p. 327—333); itaque de tempore, quo Haterius ea procuratione functus sit, satis constat. 4) Particula ET ex sententia Borghesii (p. 321) indicatur, PROC illud in sequentibus non esse repetendum. *A censibus* s. *ad census* habes n. 3180; cf. ἐπὶ κῆνσον C. I. Gr. 3497 et 3751; *a libellis et censibus* n. 6929. Officium *a censibus* senatorium non est, unde facile distinguitur a *legatione censibus accipiendis*. Pertinet autem ad censum urbanum (cf. Dion. 78, 4 et l. l. p. 323), et *magister census* posteriori aetate dicitur. — Munus *a libellis Augusti* ab initio libertorum imperatoris erat, Hadrianus vero *ab epistulis et libellis primus equites Romanos habuit* (Spart. 22). Id confirmant inscriptiones antiquae. Quamquam enim liberti quidam *ab epistulis* post Hadrianum (Grut. 586, 8; Donat. 309, 4), Titinius autem Capito praetoriis ornamentis honoratus Nervae et Traiano *ab epistulis* fuerunt (Kellerm. Vig. 7), nullum certe *a libellis* sese repperisse Borghesius declarat (l. l. p. 323), de quo verba Spartiani non valeant. 5) Anno 874 = 121; cf. l. l. p. 335, et auctores ibi laudatos.

6948. D M V F [1]) || T VISVLANIO || AVFIDIO || TREBIO CLEMENTI || T · VISVLANIVS · CRESCENS || PRAEF · FABR · BIS · PRAEF || COHOR · II · RAETOR · [2]) TRIB || MIL · COHORT · CIVIVM || ROMANOR || PRAEF EQVITVM ALAE || MOESICAE || CENSOR GERM · INFERIOR || PATRI OPTIMO — Bononiae, rep. ad S. Mariae in Duno. *Guida al Museo* p. 72; vidit Mommsen.

1) *Vivus Fecit*. 2) M. legere sibi visus est FI . GAIIOR; quod si verum est, in lapide fuit II . GALLOR.

6949. TIB · SVLPICIO || TIB · IVLI PACATIA||NI · FILIO C*a*NO *omni*||BVS HONORIBVS || APVD SVÓS FVNC||TO IVDICI ÁRCAE || GALLIÁRVM || TRES PROVINCI||*ae galliae* — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VII, 34, p. 279.

6950. L · BESIO SVPERIORI || VIROMAND EQ · R · || OMNIBVS HONORIB || APVD SVOS FVNCTO || PATRON · NAVTAR || ARARICOR · ET RHO||DANICOR PATRON || CONDE*atium et* || *arec*ARIOR [1]) LVGVD || CONSISTENTIVM || ALLECT AR*k* [2]) GALLIAR || OB · ALLECTVR · FIDELI||TER ADMINISTRATAM || TRES PROVINC · GALLIAE — Ibd. Grut. 375, 3; corr. Boissieu, Op. cit.

1) Cf. Grut. 472, 1 = Boissieu VII, 16, n. 259, et Mommsen, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 68. 2) Ita corr. ALLECTARI descriptorum antiquorum, ex quo Grut. ALLECTORI; cf. Boissieu et Mommsen, ll. ll. Hic et *iudicem arcae Galliarum*, et *allectorem inquisitoremque* (Or. 3653) ad commune trium provinciarum pertinere et fortasse tria unius magistratus nomina esse credit; l. l.

6951. AVG · SACRVM || GABINVS · TRIB · MIL · CVR · VIAR || PROVINC · AFR · PAT · MVN · P · S · F — Rep. in ruderibus veteris Tufici (*Albacinae*). *Giorn. di Perugia* 1835, 2; Actt. Acad. Pont. Arch. IV, p. 129. Cf. n. 3176.

6952. D · M · S || IVLIAE · IVSTAE · ANTIOCHVS AVG || N̄ · LVCCONIANVS · ARK · PROVINCIAE || AFRICAE · CONIVGI · KARIS · FECIT — Romae, in aedd. Matthaeianis, sarcophagus.

6953. D ∘ M || SoSo · AVG · SER || VIL · MAVRET || CAES · VIX · A · XXXX || FELIX · VIC · FECIT · B · M — Sitifi. *Exploration de l'Algérie*, *archéol.* pl. 76.

6954. MEMORIAE SANCTISSIMAE || C · SVBRII SECVNDINI || PRIMATIS ET PATRON PROVINCIAE || PIETATIS ELOQVEN-

TIAE MORVM ‖ MAGISTRI ‖ SVBRIVS SEVERINVS FRATER ‖ EIVS IMMATVRA MORTE DECEPTVS — *Saint-Pons* prope Nicaeam. *Mém. des Antiquaires de France* XX, p. 87.

6955. *a.* EXEMPL EPISTVLAE *imper*ATORIS SCRIPTAE AD ‖ QVIETVM ‖ SI IN QVANTAS PARTICVLAS QVOS CLEROS APPELLANT AGER AEZANEN‖SI IOVI DICATVS A REGIBVS DIVISV*s sit* NON APPARET OPTIMVM EST ‖ SICVT TV QVOQVE EXISTIMAS EVM QVI IN VICINIS CIVITATIBVS ‖ CLERORVM NEC MAXIMVS *nec mi*NIMVS EST OBSERVARI ET SI CVM ‖ METTIVS MODESTVS CON*stitueret* VT VECTIGAL PRO IS PENDERE‖TVR CONSTITIT QVI ES*se*NT C*leri aezanit*ICI AGRI AEQVOM EST EX E*o* ‖ TEMPORE VECTIGAL PENDI S*i non co*NSTITIT IAM EX HOC TEMPO‖RE VECTIGAL PENDEND*u*M E*st* · · · SI QVAE MORAE QV [1]) · · · · ‖ · · · VS · · · · · · · · NTINT · · · · · · · · ·

b. EXEMPL EPISTVLAE QVIETI SCRIPTAE AD ‖ HESPERVM ‖ CVM VARIAM ESSE CLERORVM MENSVRAM ‖ COGNOVERIM ET SACRATISSIMVS IMP CON‖STITVTIONIS SVAE CAVSA NEQ MAXIMI NEQ ‖ *mi*NIMI MENSVRAM INIRI IVSSERIT IN EA RE‖*gione* QVAE IOVI AEZANITICO DICATA DICITVR ‖ *quaeso m*I HESPER [2]) CARISSIME EXPLORES QV‖*ae maximi cle*RI MENSVRA QVAE MINIMI ‖ · · · · · · · · IN IPSA ILLA REGIONE SIT ET ID ‖ *n*OTVM MIHI FACIAS

c. EXEMPL EPISTVLAE SCRIPTAE QVIE‖TO AB HESPERO ‖ QVAEDAM NEGOTIA DOMINE NON ALI‖TER AD CONSVMMATIONEM PERDVCI ‖ POSSVNT QVAM PER EOS QVI VSV SVNT ‖ EORVM PITIOR [3]) HOC CVM MIHI INIVN‖XISSES VT TIBI · *r*ENVNTIAREM QVAE ‖ MENSVRA ESSET CLERORVM CIRCA RE‖GIONEM AEZANITICAM MISI IN REM ‖ PRAESENTEM IEI (epistulam?) — In muro templi Aezanitici. C. I. Gr. 3835 ex schedis Delabordii, et Keppelii Itin. II, p. 227. Quae aliter ego exhibui, diligentissimo debentur Falkeneri apographo; quapropter varias scripturas non adnotavi. — Ut vero ipsa res melius perspiciatur, Graecam inscriptionem in eodem loco exstantem, a Boeckhio restitutam hic adiungam: *Ἀουΐδιος Κουιῆτος Αἰζανειτῶν ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἀμφισβήτησις περὶ χώρας ἱερᾶς ἀνατεθείσης πάλαι τῷ Διΐ, τρειβομένη πολλῶν ἐτῶν, τῇ προνοίᾳ τοῦ μεγίστου αὐτοκράτορος τέλους ἔτυχε. ἐπεὶ γὰρ ἐπέστειλα αὐτῷ δηλῶν τὸ πρᾶγμα ὅλον ἠρόμην τε ὅ,τι χρὴ ποιεῖν, δύο τὰ μάλιστα τὴν διαφορὰν ὑμεῖν κεινοῦντα καὶ τὸ δυςεργὲς καὶ δυςευρετὸν τοῦ πράγματος παρεχόμενα, μείξας τῷ φιλανθρώπῳ τὸ δίκαιον ἀκο[λ]ούθως τῇ περὶ τὰς κρίσεις ἐπιμελείᾳ, τὴν πολυχρόνιον ὑμῶν μάχην καὶ ὑποψίαν πρὸς ἀλλήλους ἔλυσεν, καθὼς ἐκ τῆς ἐπιστολῆς, ἣν ἔπεμψεν πρός με, μαθήσεσθε, ἧς τὸ ἀντίγραφον ὑμεῖν πέπομφα. ἐπέστειλα δὲ Ἑσπέρῳ τῷ ἐπιτρόπῳ τοῦ Σεβαστοῦ, ὅπως γεωμέτρας ἐπιτη[δείους ἐπὶ τοῦτο ἐκλ]εξάμενος ἐκείνοις προσχρήσηται τὴν χώραν διαμετρῶν, κακ· · · · · · [δῆλο]ν ὑμεῖν γενήσεται καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν τοῦ Καί-*

σαρος γραμμάτ[ων · · · · · · · · δ]εδήλωκα ὅ,τι δεῖ τελεῖν ὑπὲρ ἑκάστου κλήρου κατὰ τὴν τοῦ [Καίσαρος ἀπό]φασι[ν], ἐξ ἧς ἂν ἡμέρας λάβητε τὴν ἐπιστολήν· ἕκαστ· · · · [ὑπ]ὲρ [τῆς ἱε]ρᾶς χώρας τελέσει, ἵνα μὴ πάλιν τινὲς · · · · · · · · · · · βράδειον ἀπολαῦσαι τὴν πόλιν τῆς · · · · · · · · γένωνται. ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τὸ μέχρι · · · · · · · · · · · [πέπομ]φα δὲ καὶ τῆς πρὸς Ἕσπερον ἐπιστο[λῆς ὑμεῖν ἀντίγραφον, καὶ ἧς οὗτος ἐ]μο[ὶ] ἔγρα[ψ]εν. Ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς εὔχ[ομαι] —

1) Hoc loco quum, quae Falkenerus legit, cum textu Boeckhiano fere consentiant, Lachmanni certe coniectura admitti nequit. 2) sic, F.; ceteri HESPERE, rectius fortasse. Si ille recte legit, nominativus HESPER accipiendus est. 3) Num PERITI? PERITIOR*es*? [Puto PERITI OB. Mommsen.] Falkeneri exemplum ceteris multo melius in hac tamen voce cum illis plane convenit. Lapsus fortasse est scalpri quadratarii Graeci.

6956. Partem quandam iurisdictionis magistratuum publicorum municipalibus magistratibus nonnunquam delegatam esse, titulo Rusicadensi probatur (Clarac, *Musée*, *Inscr.* p. LXXXIV, n. 3; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 30, 3): C · CAECILIVS · Q · F · GAL · GALLVS · HAB ❦ ‖ EQVVM · PVB · AED · HAB · IVR · DIC · Q · PRO ❦ ‖ PRAET · 1) PRAEF · PRO · III · VIR · 2) IIII · PRAEF · FABR · COS ❦ ‖ II · ET · PRAET · II · 3) HAB · ORN · QVINQ · D · D · 4) EX · V · DECVRIIS ❦ ‖ DEC · III · 5) QVINQVENNALIS · PRAEF · I · D · RVSICADI ❦ ‖ FLAM · DIVI · IVLI ❦ ‖ NOMINE · SVO · ET · PROXINIAE · M · F · PROCVLAE · VXORIS · SVAE · ET ‖ FIL · GALLAE · ET · GALLI · ET · CORVNCANIAE · ET · NIGELLINAE · TRIBVNAL ‖ ET ROSTRA · ‖ S · P · F · C —

1) AED*ilis* HAB*ens* IVR*is*DIC*tionem* Q*uaestoris* PRO PRAET*ore*, Borghesius in litteris ad me datis, quamquam ipse dubitans, quae pars iurisdictionis quaestoriae aedili municipali potuerit delegari. [In re implicata si mihi quoque licet aperire quae sentiam, equidem iungo sic: *quaestoris pro praetore praefectus pro IIviro quater*, et sic explico, ut qui cum quattuor praesidibus, a quibus praefecturam fabrum abstulit Gallus, simul missi sunt quaestores pro praetore, ii in moneta vel examinanda vel etiam cudenda eundem adhibuerint, id est eo usi sint pro IIIviro monetali. Genetivus contra usum praepositus est, ne turbaretur qui legit duplici *pro*. Quaestorem in provincia imperatoria nullum fuisse non ignoro; sed tamen cum Numidia proprie non fuerit nisi Africae provinciae dioecesis, recte quaestor proconsulis Africae Rusicadensi homine pro adiutore uti potuit. Mommsen.] 2) Corr. *IIvir*, vel *IIIIvir*, quamquam in utroque apographo *IIIvir* legitur. 3) i. e. legati consularis et legati praetorii. 4) HAB*ens* ORN*amenta* QVINQ*uennalicia* D*ecreto* D*ecurionum*. 5) DEC*uria tertia*. [Imo DEC*uriarum trium*, id est maiorum; ut alibi dicitur *iudex decuriarum quinque inter quadringenarios*, v. n. 6469. Mommsen.] Hoc titulo confirmatur lectio inscriptionis Tarraconensis Grut. 443, 1: IVDICI . DECVR . I ., quam corrigendam esse Hagenbuchius proposuit; cf. Or. 3155.

6956 a. M · MAGIO · M · F · MAXIMO 1) ‖ PRAEF · AEGYPTI · TARRACONENSES — Aeclani, nunc *Boniti* apud Dionysium Cassittum, qui misit mihi.

1) Aegyptum, ni fallor, rexit sub Caesare Augusto, pro eodem habendus cum *Manio* illo *Maximo*, de quo Philo adv. Flacc. p. 975; facile enim *Manius* pro *Magio* scribi poterat. Quod si verum est, de eodem verba facere videntur Plin. N. H. XXXVI, 14 et C. I. Gr. 4956, 27; cf. seriem praefectorum Aegypti in Introductione ad Inscriptt. Aegypti, C. I. Gr. vol. III.

CAPVT XVI.

RES MVNICIPALIS.

§. 1. LEGES MVNICIPALES ET COLONICAE.

N. 3677: not. 2. male *Castrimoeniensium* Or.; scr. *Petelinorum*.

N. 3678 ex Gualteri apographo Mommsenius I. N. 79. nonnullis locis correxit: v. 13. QVA . MEA; v. 15. DVor||VM; v. 21. CETERVM; v. 24. dele PETELINORVM; v. 28. VOBIS . AVGVSTALES; v. 34. COMPELLENTVR. Variam aliorum lectionem videsis l. l.; versuumque in finibus nota litteras nonnunquam desiderari, quas plerique ut conservatas exhibent.

N. 3679, v. 1. dele F alteram. De *lege Petronia* cf. Mommsen, I. N. index n. XXVI, s. v. *praefectus*, et A. W. Zumpt, Comm. epigr. p. 60, qui suo iure notas IIII . VIR . P . L . P fastorum Casinatium, qui dicuntur, ita explicandas esse proposuit: IIII . VIR . P*raefectus* L*ege* P*etronia*, l. l. — Ceterum fastos illos ad Interamnam Lirinatem pertinere docet Mommsenius, I. N. 4195.

6957. D · M || D · PVBLICIVS · D · F || *t*ROM · EPHEBV*s* || AED · POT · IIII · VI*r* || I · D · IIII · VIR · LEG*e* || PETRONIA · V · A · XL || H · S · E || FILI · PATRI · PIEN*tissimo* — Aeserniae. Garrucci, *St. d'Isernia* n. 34; Mommsen, apud Gerhard, *Arch. Ztg.* VI, p. 335 et I. N. 5041.

§. 2. DEDVCTIO COLONIARVM. MVNICIPIA FOEDERATA. IMMVNIA. COLONIARVM NOMINA SVB IMPP. PRAEFECTVRAE. COMITIA CET.

N. 3682, v. 4. NEPOTI . DIVI . TRAIANI male ab Orellio omissus.

N. 3683, magnus cippus nunc in Museo Borbonico asservatus, quem ita Mommsenius, I. N. 3590, exhibet: IVSSV . IMP . CAESARIS || QVA . ARATRVM . DVCTVM || EST.

N. 3685: accuratius Apiani exemplum male Gruterus correxit; vidit Mommsenius in aedd. publicis Reatinis, ex cuius apographo scribe: v. 3 et 4: LONGINO . DOMO || VOLTINIA; v. 15. dele LIB . LIBERTABVS; v. 16. POSTERISQVE. Praeterea versus aliter divisi sunt.

N. 3687 spectat ad eum ipsum annum, quo Caracalla a patre Augustus dictus et tribunicia potestate donatus est; unde ne mireris, quod solis his titulis eum ornatum vides. Quamquam igitur inscriptionem Donius ex schedis Manutianis, Muratorius ex Farnesiis et Ligorio desumpserunt, Gudius autem, unde habuerit, non indicat, nihilo tamen minus eam pro spuria habere non audeo, licet suspectam eam et Caracalla praenomine carens et praetor genitivo casu adiunctus reddere possint; cf. praeterea n. 896. Ceterum in fine mutilum titulum esse notant Gudius et Galletti, *Capena* p. 18.

N. 3690, melius n. 4086.

N. 3692, susp.; Grut. accepit a Fulvio Ursino.

N. 3693, v. 2. STIPENDIARIORVM legitur apud Mar., itaque legit Mommsenius.

N. 3696, recte Mommsenio, I. N. 5350, genuinus est; vidit nuper Brunnius, qui in v. 3. legi affirmat MACELLVM LVCCEIVM.

N. 3699: scripturam Giovenazzii iidem probant; I. N. 5755.
N. 3700, *e*: de explicandis notis cf. ad n. 6968.
N. 3701, v. 3. Q. TINElo; v. ult. IO FVSCO; vidi ipse in Mus. Vat.

6958. IMP · CAESAR · AVG ‖ PONT · MAX · PARENS ‖ COLONIÆ · [1]) DEDIT — Firmi, in aedd. publicis. V. Borghesius; cf. eius dissertationem *sull' iscr. della porta Marzia* (*Archivio stor.* XVI), p. 11.

1) Sc. Firmanae. — Cf. Or. 605.

6959. M · BILLIENVS · M · F ‖ ROM · ACTIACVS[1]) ‖ LEGIONE · XI · PROEǁLIO · NAVALI · FACTO ‖ IN · COLONIAM · DEǁDVCTVS · AB ORDIǁNE · DECVRIO · ALLEC ‖ · · · IO · ERVC · ·[2]) — Rep. *Poglianae* territorii Atestini, nunc Vicetiae. Fabr. 716, 371, all.; Furlanetto, *lap. pat.* p. 173, CLXIV.

1) Cf. Furlanetto, l. l. n. CLXV—CLXVIII. 2) Consulatum in ultimo versu indicari negat Borghesius apud Furlanettum, *Museo d'Este* p. 47. — In penultimo l. ALLEC*tus*.

6960. L · VALERIO ‖ VALENTI ‖ VETERANO LEG ‖ $\overline{\text{VIIII}}$ · DEDVCTO · REATE ‖ A · DIVO · AVGVSTO ‖ VESPASIANO ‖ VALERIAE · CALE ‖ L · VALERIVS · FORTVNATV*s* ‖ PATRONIS · BENEǁMERENTIBVS · FECIT — Reate. Exscr. Mommsen.

6961. Ad deductionem coloniae verba quoque tabulae honestae missionis Card. *Dipl.* V (= Grut. 573, 1 = Mar. Arv. 454. 455) spectant, in qua legimus: IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVG · PONT ‖ MAX · TR · POT · $\overline{\text{II}}$ · IMP $\overline{\text{VI}}$ PP COS $\overline{\text{III}}$ DESIG ‖ $\overline{\text{IIII}}$ VETERANIS QVI MILITAVERVNT IN ‖ CLASSE RAVENNATE SVB SEX LVCILIO BASSO ‖ QVI SENA ET VICENA STIPENDIA AVT PLVRA ‖ MERVERVNT ET SVNT DEDVCTI IN PANNONIAM *cet.*

6962. Q · C · POPPAEEI · Q · F · PATRON ‖ MVNICIPI · ET · COLONIAI[1]) ‖ MVNICIPIBVS · COLONEIS · INCOLEIS ‖ HOSPITIBVS · ADVENTORIBVS ‖ LAVATIONEM · IN · PERPETVOM · DE ‖ SVA · PECVNIA · DANT — Olim ad D. Pauli in Turricula, nunc Interamnae Praetutianorum in Museo Delfico. *Filologia abruzzese* VII, p. 129; Mommsen, I. N. 6149.

1) Nota civitatem municipii simul et coloniae nomine appellatam, de qua re nuper in Bull. Inst. Arch. 1851, p. 85 et 173 disputavi; cf. Zumpt, Comm. epigr. p. 252, et quae de coloniis Sullanis scimus, titulosque haud paucos, in quibus cives *novi* et *veteres* oppidorum commemorantur, qui suis utrique legibus utebantur.

6963. CLEMENTIA TEMPORIS ET VIRTVTE ‖ DIVINA · D · D · N · N · CONSTANTINI ET LICINI INVIC ‖ SEMP · AVG*g* · ORNAMENTA · LIBERTA*t*[1]) RESTITVTA ET VETERA CIVIǁTATIS INSIGNIA[2]) CVRANTE CEIONIO APRONIANO CL V ‖ PATRO*n* CIVITATIS — In colonia Scillitana (*Gusereen* s. *Kazareen* in regno Tunetano). Temple, *Excursions in the Mediterranean*, app. n. 114; rest. Borghesius ex apographo Catherwoodii Bull. Inst. Arch. 1845, p. 63, n. 14.

1) Sc. post tyrannidem Maxentii. 2) *Insignia civitatis* in altera inscriptione eiusdem coloniae in arcu quodam insculpta commemorantur: COLONIAE SCILLITANAE ‖ Q. MANLIVS. FELIX. C. FILIVS PAPIRIA RECEPǁTVS POST ALIA ARCVM

QVOQVE CVM INSIGNIBVS COLONIAE ‖ SOLITA IN PATRIAM LIBERALITATE ‖ EREXIT OB CVIVS DEDICATIONEM ‖ DECVRIONIBVS SPORTVLAS CVRIIS EPVLAS . . . . — inferius litteris minoribus: INSIGNIA CVRANTE M CAELIO AN . CV — Maff. M. V. 462, 1; Temple, *Excursions* n. 113; *Revue Archéol.* IV, p. 269. Restitui ex variis apographis, quorum lectiones referre superfluum, nisi quod pro *epulas* EPVLATICIVM Temple exhibet.

6964. Colonias a pluribus imperatoribus denominatas habes nn. 5315; 5329; 6932.

6965. *m* · *ag*RIPPAE · L · F ‖ COS · TERT [1]) ‖ *pr*AEFECTVR · REATIN ‖ PATRONO — In aedd. publicis Reatinis vidit Mommsen.

1) A. 727 = 27 a. Chr. — Praefecturae dicuntur etiam Amiternum (Or. 3699; I. N. 5781), Aveia (I. N. 5989), Fundi (n. 7000), Peltuinum (Or. 4036).

6966. POSTVMIVM · AED ‖ SCR · INFANTIO · INFRA ‖ SCRIBENTE · PARENTE · II ‖ ROG · PAQVIVM · PROCVLVM · D · I · D · D · R · P [1]) — Pompeiis, scr. in pariete domus privatae. *Bull. Nap. nuova serie*, 1853, p. 177.

1) *Duumvirum Iuri Dicundo Dignum Re Publica.*

6967. M · MARIVM ‖ AED · FACI ‖ ORO · VOS [1]) — Pompeiis, parieti domus cuiusdam inscriptum. *Bull. Nap. nuova serie*, I, p. 5.

1) Hoc titulo reperto, litteras O . V . F *oro vos faciatis* explicandas esse constat, quamquam, qui interpretationem *O*ro *V*t *F*aciatis tueri voluerit, inscriptione Or. 4265: ROG . VT . *Faciatis* uti poterit.

6968. M · HOLCONIVM AED O V F D R P [1]) ‖ ALBVCIVM ET MARCELLVM ‖ V · A · S · P · P · [2]) D · R · P · O · V · F · · · — Ibd. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 172.

1) *O*rant *V*os *F*aciatis *D*ignum *R*e *P*ublica. 2) Avellinius, Opusc. II, p. 181, collato Cic. de legg. III, 3, ita has notas explicat: *V*rbi *A*nnonae *S*ollemnibus *P*ublice *P*rocurandis; Mommsenius, I. N. in Indice n. V s. v. *Pompeii* praefert: *V*otis *A*ugustalibus *S*acris *P*ublicis *P*rocurandis; quia in titulis tantum ministrorum Augusti notae illae inveniuntur. Quum tamen *aediles* quoque *v. a. s. p. p.* in programmatibus Pompeianis legantur (cf. nn. 3700, e; 6971; 7156, collato n. 6972), rectius mihi quidem Avellinius videtur iudicasse, nisi quod pro *V*rbi ab eo proposito *V*iis proque *S*olemnibus *P*ublice, *S*acris *P*ublicis legere maluerim. [Quem tituli lapidarii clare indicant nexum inter cultum Augusti et hoc munus publicum, programmata tacent, ut par est, neque tamen refellunt. Denique ad officii naturam nomen omnino accommodandum est. MOMMSEN.]

6969. C · IVLIVM · POLYBIVM ‖ AED · O V F ‖ PANEM · BONVM · FERT — Ibd. Bull. Nap. I, p. 10.

6970. M · CERRINIVM · VATIAM · ‖ AED · DIGNVM · REIP · TYRRANVS · CVPIENS · [1]) ‖ FECIT · CVM · SODALES (sic) — Ibd. Bull. Inst. Arch. 1829, p. 196, 3.

1) Cf. *cupit*; 3700, h.

6971. P · PAGVIVM · [1]) PROCVLVM · II·VIR · VIR · B · [2]) ‖ A · VETIVM · · · VM · FELICEM · II·VIR · V · B · D · R · P · OVF · DIGNI SVNT · ‖ G · MARIVM · · · L · M · EPIDIVM · AEDILES · V · A · S · P · P · OVF · DIGNI SVNT · ‖ S · · · VSIT [3]) · · · OSSIVS · DE · ALBATORE · [4]) ONESIMO — Ibd. l. l. n. 4.

1) scr. PAQVIVM. 2) VIR*um* B*onum*. 3) *Scrip*SIT? [an *Scribii*VSIT? MOMMSEN.] 4) *Albarius* est n. 4142.

6972. *r*VSTIVM · *Æd* ‖ ROGAMVS · DIGNVS · EST ‖ PAQVIVM · ET · CAPRASI*um* PROBISSIMOS · D · V · I · D ·1) OVF — Ibd. Op. cit. 1841, p. 171.

1) *Duum Viros Iuri Dicundo.*

6973. C · CVSPIVM · PANSAM · AED · D · P · O · F ·1) SATVRNINVS · CVM · ‖ DISCENTES · ROG · C · CALVENTIVM · SIL · · · · · IIVIR · I · D — Ibd. Op. cit. 1829, p. 148.

1) AED*ilem Dignum Populo Omnes Faciatis* (?).

6974. M · EPIDIVM ‖ SABINVM · AED ‖ CAMPANIENSES ·1) ROG — Ibd. Op. cit. 1841, p. 171.

1) Campanienses, ni fallor, Campani vel cives Capuani sunt Pompeiorum *incolae.*

6975. Ad usum nomina candidatorum in monumentis inscribendi spectant tituli sequentes:

ITA CANDIDATVS QVOD PETIT FIAT TVVS ‖ ET ITA PERENNES · SCRIPTOR · OPVS HOC PRAETERI ‖ HOC SI IMPETRO AT FELIX VIVAS BENE VALE — Ad pontem *Cardarum* prope Narniam. Gerhard, *Arch. Ztg.* 1846, p. 242.

6976. ITA CANDIDATVS FIAT HONO‖RATVS TVVS · ET · ITA · GRATVM · EDAT ‖ MVNVS · TVVS · MVNERARIVS · ET · TV ‖ FELIX · SCRIPTOR · SI · HIC · NON · SCRIPSER*is* — In arce Fori Popilii. Vecchiazzano, *St. di Forlimpopoli* I, p. 27; *Arch. Ztg.* l. l.

6977. INSCRIPTOR ROGO TE VT TRANSEAS HOC MONVMENTVM ‖ AS*t* · · · AN QVOIVS CANDIDATI NOMEN IN HOC ‖ MONVMENTO INSCRIPTVM FVERIT REPVLSAM FERAT NEQVE HONOREM ‖ VLLVM GERAT — Romae. *Arch. Ztg.* l. l. Cf. nn. 5663; 6566.

Notum est, nomina locorum Urbis aeternae interdum in civitates Italiae et provinciarum translata esse, cuius rei nonnulla exempla afferre liceat:

6978. *c*APITOLIV*m* ‖ *f*ABIVS · MAXIM*us* ‖ V · C ‖ *i*NSTAVRAV*it* — Histonii. Mommsen, I. N. 5242, ubi v. cett.

6979. · · · OCTAVIVS · LAENA*s* ‖ · · · CERVARIVS · P · F ‖ IIII·VIR · QVINQ ‖ VIAM · POST · CAPITOLIV*m* ‖ SILICE · STERNEND · EX · D · D ‖ LOCARVNT · IDEMQ · PROBA*runt* — *Trasacci* ad lacum Fucinum. Jahn, Specimen p. 139; Borghesius ex auctoritate Brocchii in oppido *Pescina* titulum esse dicit, Bull. Inst. Arch. 1845, p. 157, ibique collocat Mommsen, I. N. 5501.

6980. PRO MAGNIFICENTIA SAECVLI DD NN VALENTINIANI ET VALENTIS SEMPER AVGVSTORVM *quat*‖TVOR PORTICVS CAPITOLI SERIE VETVSTATIS ABSVMPTAS ET VSQVE AD IMA FVNDAMENTA C*orruptas* ‖ NOVO OPERE PERFECTAS EXORNATASQVE DEDICAVIT PVBLILIVS CAEIONIVS CAECI*na iulia-* ‖

NVS VIR CLARISSIMVS CONSVLARIS CVRANTIBVS AELIO IVLIANO ITERVM REIPVBLICAE *curatore* || FL AQVILINO F F PP ANTONNIO[1]) PETRONIANO F F P P ANTONIO IANVLARIANO (sic) FF PP[2]) — *Timegad* Africae. De Witte, *mémoire sur Salonine*, Bruxelles, 1852, p. 31; descr. et suppl. Renier, cuius tamen supplementa versuum 1 et 2 non recepi, secutus potius Mommsenium, qui titulum mecum communicavit.

1) L. ANTONIO. 2) *Flamine PerPetuo.*

6981. C ARRIO C F || QVIRINA || CALPVRNIO || FRONTINO || HONORATO || C V IIIVIR MONE||TAII VALI[1]) QVAES||TORI CANDIDATO || PRAETORI CANDI*d* || AVGVRI COS PA||TRONO COI POS||TVI POP[2]) IN THEATRO || VIC VILABRVS[3]) — Antiochiae ad Pisidiam. Hamilton, *Researches in Asia minor*, vol. II, app. 181. Alterum monumentum plane simile posuit *vicus Aedilicius*, l. l. n. 182.

1) IIIVIR*o* MONETALI AAA F F, quae verba in altero titulo melius conservata sunt. 2) COL*oniae* POSTVL*ante* POP*ulo*. 3) VELABRVS; cf. Antiochiensium vicos *Tuscum* et *Germulum*; n. 6156. — De septem vicis Ariminensium v. Or. n. 80.

6982. C · FVRIVS · C · F · NVMIDA || M · VERATIVS · C · F · POLLIO || IIII·VIR · I · D || STRATAM · AD · PORTAM || SVMMAM ET · IN · CLIVIS || AD PORTAM GEMINAM || ET · INTRA · PORTAM || MARTIALEM · AD ANGIPO*r* ·[1]) || MATVTAE E S · C · R · C[2]) || IDEMQVE PROBAVERE — Calibus rep., nunc in R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 3952.

1) ANGIPO*rtum*. 2) *E Senatus Consulto Reficiendam Curavere.* — Hic adde titulos sequentes, in quibus varia loca et aedificia Calenorum et Lucerinorum commemorantur:

6983. AVGVSTALIS II*viralibus* || ORNAMENTIS *honoratus* || VIAM · AB · ANGIPORTO · AED*is* || IVNONIS · LVCINAE · VSQVE · *ad* || AEDEM · MATVTAE · ET · CLIVOM || AB · IANV · (sic) AD · GISIARIOS ·[1]) PORT*ae* || STELLATINAE ET · VIAM · PATVLAM || AD · PORTAM · LAEVAM · ET · AB · FORO || AD · PORTAM · DOMESTICAM || SVA · PECVNIA · STRAVIT — Ibd. l. l. 3953.

1) l. CISIARIOS.

6984. C · OBINIVS · FAVOR || P · DIDIOLENVS || STRATO || AVGVSTALES || PRO · MVNERE || AB SVMMA QVADRAGINT || IIIDA[1]) AD VICVM LARIS || S P STRAVER — Luceriae. l. l. 951.

1) FIDA, FEDA, FISDA? M.

§. 3. POPVLVS. MVNICIPES. INCOLAE. CIVITAS CET.

N. 3703, v. 1. MVTICILIO; DECCIANO; v. 3. IN *Decuriis*; v. 4. MVNICIPII; v. 5. BENEFICENTIAM; v. 8. AVGVSTALIBVS; v. 9. IV . N; v. 10. L . D . P . P . D . D; praeterea versus aliter divisi. Mommsen, I. N. 26; not. 1. explica: *QuinQuennali Censoriae Potestatis.*

N. 3706: Mommsen, I. N. 6825, ab initiis versuum omnes litteras ab Orellio uncis inclusas distincte legit, nisi quod in v. 1. littera C praenominis CN nunc desideratur; v. 3. AERAE sic.

N. 3707: pro L . P in lapide est Il; Bull. Inst. Arch. 1841, p. 14; vidit etiam Mommsenius.

N. 3714, v. 1. nomen hominis, ni fallor, corruptum est; v. 2. ante POPVLI aliquid deesse videtur.

N. 3716, v. 2. FIL; IIIIVIR; v. 6. PVBL; v. 10. HS . CENTENOS . N; Mommsen, I. N. 3549.

N. 3717: titulus *clarissimi* ad municipium minime pertinet.

N. 3718; cf. Fabr. 610, 83 et 84. Not. 1. COC . C quid significet, equidem nescio; sed hoc scio, Orellii correctionem minime approbari posse.

N. 3720: v. 2 seqq. DEMAR||CHISANTI . II.VIR . ALI||MENTORVM . QVAEST; v. 7. VIBO; Mommsen, I. N. 2454.

6985. COLONIS · INCOLIS || PEREGRINIS || LAVANDIS · GRATIS || D · D · P · P · P — *Cittanova* Istriae. Stancovich, *delle tre Emone* p. 25.

6986. P · TETTIO · P · F · RVFO || PONTIANO || Q · TR · PL · PR · ATINATES || VRBANI · [1]) PATRONO || D · D — Atinae. Mur. 1030, 5; Don. VI, 34; Mommsen, I. N. 4549.

1) Cf. Or. 3853; *plebei urbani*, 3457.

6987. SOSSVLENAE || C · F · OPPIDANI || OB · MERITVM || EIVS — Saepini (*Altiliae*). Mommsen, I. N. 4941.

6988. N ISTACIDIO · HELENO || PAG · PAG · AVG[1]) || N. ISTACIDIO IANVARIO || MESONIAE SATVLLAE · IN · AGRO || PEDES · XV INFRONTE · IIDES · XV (sic) — Pompeiis. Op. cit. 2343, ubi v. cett.

1) PAG*ano* PAG*i* AVG. — *Populus pagi* videtur esse in corrupto titulo Corfiniensi, I. N. 5366.

6989. · · · · · · · · · · *otacilius* · || *ex tes*TAMENTO · OTACILI · GALLI · PATRIS · CAESARE*um vetustate* · · · || CONLAPSVM · P *s* R CVIVS · OPERIS · DEDICATIONE · *dedit decurionibus* || HS · XXX · AVGVSTALIBVS · HS · XX · VICANIS · HS · XII · VXORIBVS ||

DECVRIONVM · HS · XVI
*dedicat*VM AVGVSTALIVM · HS · VIII *kal · aug* (?)
VICANORVM · HS · IIII

Volceiis. Op. cit. 221, ubi v. cett.

6990. M · VALERIO || M · F · GAL || ANIENSI || CAPELLIANO || DAMANITANO · ADLEC||TO · IN · COLONIAM || CAESAR · AVGVSTANAM || EX BENEFIC · DIVI · HADRIANI || OMNIB · HONORIB · IN · VTRAQ || REP · FVNCTO · FLAM · ROM · DIVOR · ET · AVG || P · H · C — Dactonii. Delaborde, *Voyage de l'Espagne* pl. 88, 15; Cortès, *Dicc.* II, 403.

6991. *d* (*ascia*) *m* || ET · MEMORIAE · AETERN || ILLIOMARI · APRI LINTIA||RI[1]) EX CIVITATE · VELIOCAS||SIVM · SVBLECTO INNVMER || COLONOR · LVG · CORPORA||TO · INTER · VTRICLAR · LVG || CONSISTENTIVM (sic) || QVI · VIX · ANN · LXXXV · SINE · VL||CIVS · ANIMI SVI LAESIONE || APRIVS ·

ILLIOMARVS FIL PA||TRI · KARISSIM · P · C · ET · SVB · A · D [3]) — Lugduni. Caumont, *Bulletin monumental*, 2e série, t. II, p. 252; Boissieu, *Inscr. de Lyon*, p. 409.

1) Cf. n. 4254. 2) Cf. 3030: *Ponendum Curavit* ET SVB A*scia* D*edicavit*.

§. 4. DECVRIONES. ORDO SPLENDIDISSIMVS. SENATVS. CONSCRIPTI. CENTVMVIRI. SEXPRIMI. DECEMPRIMI. PRINCIPES. PRINCIPALES. PATRONI. PATRONAE. MATRES COLON.

N. 3721: duumviralicii sunt XXIX, ita ut centum decuriones in tabula commemorati sint, quum neque patronos nec praetextatos pro decurionibus habere liceat.

N. 3722: v. 5. FABR; v. penult. C . A; Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 43.

N. 3726 = 1228.

N. 3727: v. 1. NAMPAMONS legendum esse docet Cavedonius, *Iscrizz. cristiane dell' Algeria* p. 2—4; cf. Gesenius, Mon. Phoen. p. 412.

N. 3729, v. 2. SEPTIMINO; v. 4. COLON . IVL . PARENT; v. 5. VETER; v. 6. OMNIB; Kandler, *Istria* I, p. 348, qui ultimos tres versus ita exhibet: MVNICI . PATR . COL . FAB || . . LOCO . DATO || D . D, in quibus non omnia recte se habere opinor. Ceterum *Parentinis*, non Parentanis populo nomen esse docui ad n. 72.

N. 3730: v. 1. VILLIV; v. 2. CONLATICIA; v. 3. FACIVNDVM; Mommsen, I. N. 219.

N. 3732: v. 3. litteras D . V delendas censet Mommsenius I. N. 3956 qui Calenam esse docet inscriptionem; Zumptius, Comm. epigr. p. 181, *quattuorviri duumviri* legendum esse credit, collatis titulis quibusdam Perusinis (cf. Or. 3707), qui tamen facile explicantur, si coloniam ab Augusto Perusiam deductam esse memineris. Id quod male negavit Zumptius; cf. n. 5099.

N. 3736: nescio, an recens titulus sit antiquorum ad exemplum male compositus.

N. 3737: v. 11. APVLVS . II . ET; v. 18. OLO . ORTESIO; v. 19. FELICE; v. 20. SILVANO IIVIRIS. Vidi in Mus. Vat.; Nibby, *Dintorni* III, p. 413.

N. 3739: Perusiae male ab Orellio centumviri adsignantur; titulus enim, in quo centumviros Perusinos repperisse sibi visus est, ad Cures pertinet; cf. Sperandio, *Sabina* p. 354, et ipsum Vermigliolium in libro ab Or. laudato, II, p. 394, ed. 2. Ipse Perusiae inscriptionem vidi. Post v. 10. tres versus erasi sunt, in quorum altero GETAE nomen nihilo minus apparet. Borghesius eos ita restituit: P . SEPTIMIO . GETAE . PIO . AVG || BRITANNICO . TRIB . POTESTAT . III || COS . II . P . P; cf. *Iscr. perugina della porta Marzia*, p. 18, n. (*Archivio storico ital.* vol. XVI). Ego pontificatum quoque commemoratum fuisse crediderim. — In fine tituli haec leguntur: PEC SEV (*pecunia Severiana* ?) || CVRATORE . M . VIBI . . . . . || TIANO . E . V (*egregio viro*) || L . VALERIO . SABINO I . . . — Not. 1. PRO nihil aliud est nisi PRO COS et ad Getam pertinet.

N. 3741: in fine tituli L . D . D . D. In dedicatione: v. 1. DEDIK; v. 3. FELIC; in fine haec omissa sunt: CVR . ABVDIO . PRISCO CASSIDARIO DEMETRIO . ET . CELERINO STATIENO CLEMENTIANO; Visconti, *Mon. Gab.* p. 149.

N. 3742: v. 1. PARTHIC; v. 2. NEPOT; v. 3. COS . III (sic re vera in lapide exstat); v. 4. PRINC; v. Mommsen, I. N. 2112.

N. 3743; v. 2. scr. IVLIANIVS.

N. 3746: in inscriptione Iulii Marci Mur. recte legit ANNIS . XII MSIB||VS . DVOBVS.

N. 3747: in fine: AC || PIENTISS . P; Mommsen, I. N. 5780.

N. 3748: v. 3. DECVRIONI; ANNIS; v. 4. TESTAMENTO; in fine P; op. cit. n. 6114.

N. 3750, not. 3. vocem *aureus* sola littera A indicari posse non credo; quare A *Divo* nescio quo Augusto legendum esse reputo.

N. 3756: not. 2. sexprimi munus pertinet ad decuriam scribarum quaestoriorum.
N. 3757, not. 1. male Hagenb.; num decuria III?
N. 3760; cf. n. 5567.
N. 3763: v. 1. l. TANONIO; Mommsen, I. N. 1429.
N. 3766, fractus adhuc Capuae exstat, ubi inferiorem partem Mommsenius exscripsit, I. N. 3607. Pro BENEFICIA legit VNIBERSA.
N. 3767: v. 1. TANNONIO; v. 2. CRHYSANTI (sic); I. N. 2505; 2506.
N. 3769: num PATR*i* PATR*um* cultus Mithriaci?
N. 3772: v. 3. MVNERIB; v. ult. POPVL; ibd. 2575.
N. 3774: v. 3. FLAMINICAE . SACERD; Tonini, *Rimini* p. 337, 17.

6992. NONIAE || SEVERAE || OFFERENITE ORDIINE || L CAELIVS SABINVS || MARITVS || SVA PEC || POSVIT || D · D — Madaurae. Vidit de Grabow; misit mihi Gerhardus.

6993. SEPTIMIO RVSTIICO V C CONS CAMP || PROVISORI ORDIINIS [1]) RESTAVRATOIIRI THERMARVM || OB INSIGNEM AMOIIREM SPLENDIIDISSIMVS ORDO || ET HONESTISSIIMVS POPVLVS || PATRONO PRAESIITANTISSIMO — Neapoli. Gervasio, *Iscr. Nap.* p. 51; Mommsen, I. N. 2621.

1) Provisorem Ordinis habes n. 3766.

6994. C · BICLEIO · C · F · CAM · PRISCO || OMNIBVS · HONORIBVS || FVNCTO · OPTIME · DE · RE || PVBLICA · TIBVRTIVM || MERITO || S · P · Q · T — a latere: HIC · REM · PVBLICAM || TIB · EX · ASSE || HEREDEM || FECIT — Tibure. *Giorn. Arcad.* LVIII, 1833, p. 333; Act. Acad. Pont. Arch. VI, p. 81; vidit Brunn.

6995. PATER POSVIT || C · FLAVIO POLLIONI || FIMBRIAE · C · N · C · PRON || IN · SENATVM · COOPTATO || LOCO · DATO · S C · PER TABELLAM — Calibus. Mommsen, I. N. 3951, ubi v. cet. Corr. nuper Brunnius. Cf. hunc titulum Calenum nunc in R. Museo Neapolitano asservatum: PATER · POSVIT || C · FLAVIO · POLLIONI || AVGVRALI · C · N · C · PRON || IIIIVIR · I · D · LOCO · DATO || S · C · PER *t*ABELLAM — Gervasio, *Iscr. Mess.* p. 36; Mommsen, I. N. 3951, cet.

6996. M · PONTIO · M · F || QVIR · FELICI || SENATORI · AEDL || MVNIC · SODAL || ITEMQ AEDIL || ET · CVRAT · SODAL || MVNICIPES · ET || INCOL · EX · A · C [1]) || OB INNOC · ET · AD-||SIDVIT · CETERASQ || ADMINISTR · EIVS || POSIT · VIIII · K · IVNIAS || M · ANTONIO · RVFINO || S . OCTAVIO LENAT*e* || CONS [2]) — Tusculi. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 156; ipse vidi.

1) EX *Aere Collato.* 2) A. 131; cf. 6227.

6997. DE · SENATVS || SENTENTIA || EX · MVNERIBVS || C FABI · C · F · PASSIENI || SATVRNINI || AVGVRIS · AED · LVSTR [1]) — Ibd. ad theatrum. Canina, *Tusculo*, p. 175. Vidi ipse cum Mommsenio.

1) Cf. ad 3142.

6998. . . . . PAL · LABEONI
. . . *ii viro iuri dicu*ND BIS CVRIB · SABIN

. . . . *co*LLEGIIS · EX · C̄ · VIROR · DECR · FEC · ·
. . . . INCISVM EST 7 SECVND*o* · · ·
*duovira*TV · EPVLVM · POPVLO · DED PO · · · ·
· · · · *inte*R · SELECTOS · IVDIC · VIX · AN · · · · ·
· · · · · · · IO · PIISSIMO · FE · · · · · · · ·

Curibus rep., nunc in horreis Musei Vaticani, ubi vidi cum Mommsenio. Cf. ad n. 3739.

6999. PHILEROS ‖ EX · DECRETO XXX VIRVM [1] ‖ SACELLVM · SEMONI ‖ SANCO DE SVA PECVNIA · FECIT — In vinea Nicolai Zoffoli in territorio *Marini* ad muros qui dicuntur *de' Francesi*. Lapis Albanus est. Dedit mihi ectypum Rosa architectus. Bull. Inst. 1853, p. 131.

1) Ordo, ni fallor, oppidi cuiusdam parvi, fortasse Castrimoeniensium; quorum decuriones minus certe centum fuisse titulo n. 4034 probari videtur, si quidem decurionum decreta ita fieri solebant, ut non minus quam duae partes decurionum in decurionibus adessent (n. 6428). Nisi forte id ipsum huic sententiae adversatur, quod decuriones dicuntur senatores Castrimoenienses.

7000. *consc*RIPTES · COSE · [1]) T · F*I* · · · · · *praifecti* ‖ *et* · *p*RAIFECTVRA · TOT*a* · *fundi hospitium* ‖ FECERE QVOM · TI C*laudio* (?) · · · · · · ‖ *i*N · EIVS · FIDEM · OM*nes* · *nos* · *tradimus* · *et* ‖ COVENVMIS · CO*optamus eum patronum* ‖ M · CLAVDIO · M · F · · · · · · · *cos* [2]) — „Piscis aereus satis crassus, cuius apparent oculus et squama; deest prima pars capitis et pars posterior tota; postica scripta est, ut, quum piscis rectus stat, scriptura inversa conspiciatur." Rep. est Fundis; vidit Agnone Mommsenius, I. N. 4139; cf. eundem *Arch. Ztg.* 1846, p. 332, et Bull. Nap. III, p. 90, tab. 3, n. 20.

1) CO*n*SE*nsu*. 2) Incertum, num anni 517, an 588, 599, 602 consul indicatus sit. — Ipsum monumentum tesseram esse hospitalem docuerunt et Mommsenius et Minervinius ll. ll. — *Fundos* inter praefecturas Festus recenset, s. v. *praefecturae*; *conscriptos* autem habes Peltuini (Or. 4036), Capuae (I. N. 3629), Trebulae (n. 5454), in colonia Valeria Piceni (n. 5127), suoque iure Mommsenius notas D . C . S in titulis Casinatium (I. N. 4221. 4246) et Interamnitium Praetutianorum (n. 7124) De *Conscriptorum Sententia* interpretatus est.

7001. · · · LVI · · · · · · · · · · ‖ C · · · · · ONE · DED*IIV* · · · · · ‖ SS · XX · DECVRIONIBVS · · · · ‖ POPVLARIBVS · LIBERISQVE ‖ EORVM · SS · VIII · SED · ET · POPVLO ‖ PASSIM · PECVNIAM · DISTRIBVIT ‖ LVDORVM · QVOQVE · SPECTACV‖LVM · EA · DIE · CIVIBVS · EXHIBVIT ‖ PATRONO · ABSTENENTISSIMO (sic) ‖ CIVI · PRESTANTISSIMO (sic) ‖ AMATORI CIVIVM SIMPLICISSIMO ‖ L · D · D · D — Telesiae (*Solopacae*). Mommsen, I. N. 4880.

7002. M · VTTEDIO ‖ SALLVBIANO ‖ C · PETILIO ‖ AMANDO ‖ DOMO IGVVIO VE‖TERANO LEG · XIIII ‖ GEMIN · DECVRIONI ‖ COLON SALONITAN ‖ QVAESTORI PONTIFI‖CI · PETILIA ‖ SECVNDINA ‖ CONIVX — Salonae. Lanza, *lapidi Salon.* n. LV.

7003. D · M ‖ C · IVLII · C · F · CL · HEGEMONIS ‖ ADLEC · IN · ORDIN · DECVR ‖ MISENI · VIX · AN · V · M · VI · D · VI ‖

C · IVLIVS · HEGEMON · ET ‖ CASSIA · VRBANA · FILIO ‖ DVLCISSIMO — Rep. Miseni, nunc in R. Museo Neapolitano. Mommsen, I. N. 2577.

7004. P · CELERIO · P · F · PAL ‖ AMANDO ‖ DEC · DECRETO · DEC ‖ ALLECTVS · HVNC ‖ DEC · FVNERE · PVBL ‖ EFFERENDVM · CENSVER ‖ EIQVE · HONORES · OMNE*s* ‖ ET · TVRIS · P · XX 1) ‖ DECREVERVNT PATER ‖ HONORE · VSVS · INPENSAM ‖ REMISIT · VIX · ANN · XIIX ‖ MENSIBVS · XI · DIEBVS · VIII ‖ SCANTIA · SP · F · LANTHANVSA ‖ MATER · FECIT — Ostiis. *Giorn. Arcad.* 1828, XXXIX, p. 215. Vidit nuper Lorentzen in aedibus Vaticanis.

1) Versus postea adiunctus.

7005. L · MAMMI*o* · · · ‖ MEN · PATRI · T · · · ‖ DECV*r* MVN · · · ‖ NV*ch*ER · AL*ecto* — Herculanei. Mommsen, I. N. 2432, ubi v. ceteros.

7006. L · I · ETIVS ‖ MARVLLVS ‖ IIIIII · VIR · AVG · *e*T ‖ DECVRIO · ORNAME*ntarius* — Nemausi. Pelet, *Inscr. antiques, que renferme le Cavaedium de la porte d'Auguste*, n. 40.

A · C · P · L · ALEXANDER
TREBONIA · C · P · L · IRENA
TREBONIA · C · P · L · AMMIA

— Cf. praeterea nn. 6380 — 6385, et de omissione nominis n. 6594, licet non plane similem.

CAPVT X. RES PVBLICA POPVLI ROMANI.

§ 2. ad Or. 3049, l. 3: pro *obtinaret* scr. *obtineret*.

§ 5. ad n. 6428: dissertationem editam in libello *Strenna* cet. denuo imprimendam curavi in Ann. Inst. Arch. 1854, p. 5 seqq.; ibidem p. 65 seqq. illustravi n. 6429.

§ 6. ad Or. 3134: male *pro magistro Saliorum* Fulvium fuisse dixi; erat enim haud dubie *pro magistro pontificum*; cf. n. 3969 et Bull. Inst. Arch. 1842, p. 143.

Ad n. 6442: l. 17 pro *germanicus* scr. GERMANIC. — not. 3. Borghesius prava lectione deceptum se *Scaurum* et *Firmum* huic anno tribuisse nuper litteris me docuit; in imagine enim tituli a Mommsenio et Garruccio sibi missa legi:

7419 d α. AEMILIO SCAVRO
CNTREMIILLIO CoS
VII IDVS IVLIAS
PRIMOGENIAE OVIIS NATAE IN AQVI

Eosdem autem consules exstare in fragmento actorum Arvalium Mar. II, et suffectos esse anno 774. Ipsas litteras in Ann. Inst. Arch. 1855 mox publicandas curabo. — Quod deinde in fastis Capitolinis nomina suffectorum abrasa esse dixi, id minus accurate proposui. Abrasa enim re vera pars prior versus est, neque tamen suffectorum nominibus ibi spatium sufficiebat; praeterea collatis fastis annorum praecedentium facile concesseris, minime fieri potuisse, ut hoc quidem loco suffecti signarentur. Quapropter ibi quoque nomina *Caecina Largus* incisa fuisse conieci, deleta tum, quum effigies eius consulto senatus aboleretur; Tac. Ann. XI, 35. — Not. 5. quae de praenomine Pomponii Graecini Borghesius olim litteris mihi significavit, parum recte disputata erant; nam inscriptio Fabrettiana 701, 224 ad consules pertinet anni 797 = 44 p. C.; conf. Borghesium, Bull. Inst. 1848, p. 41 et n. 6445, not. 7. Nihil igitur obstat, quin Graecinus Scribonio Kalendis Iuliis suffectus esse credatur. — Not. 6. Nihilo minus *Caelium* verum hominis nomen fuisse, nunc videtur constare titulo n. 7419 d β contra auctoritatem Dionis et fastorum Lunensium. Inscriptio Maff. M. V. 353, 1 Antoninio debetur; cf. Mommsen, I. N. 20. * — Nuper in Actis acad. pont. arch. vol. XIV. Grifi, *iscrizione antica dell' Auriga Scirto*, tab. III, fragmentum parum accurate edidit.

7419 d β. (Anni ab U. c. 766 — 778.)

CARISIANESIS . Ɔ . L

SCIRTVS . AGITATOR . FACTION . ALBAE


L · MVNATIO · ET · C · SILIO · COS · QVADR ·	VIC · I · SEC · I · TER · I
SEX · POMPEIO · SEX · APPVLEIO · COS ·	VIC · I · SEC · I · TER · II
DRVSO · CAESAR · C · NORBANO · COS ·	VIC · I · SEC · II · TER · V
SISENNA · STATILI · L · SCRIBONIO · COS ·	VIC · II · R · I · S · V · T · V
C · CAELIO · L · POMPONIO · COS ·	VIC · II · R · I · S · IIX · T · VI
TI · CAESARE · III · GERMANICO · CAESAR · II · COS	SEC · VII · TER · XII
M · SILANO · L · NORBANO · COS	R · I · S · V · TER · V
M · VALERIO · M · AVRELIO · COS	SEC · III TER · IIII
TI · CAESARE · IIII · DRVSO · CAESAR · II · COS	SEC · II · TER · V
D · HATERIO · AGRIPPA · ET · SVLPICIO · COS ·	SEC · III TER · IV
C · ASINIO · C · ANTISTIO VETERE · COS ·	R · I · S · I · TER · V
SER · CORNELIO · CETHEGO · L · VISELLIO · COS ·	SEC · I TER · IIII
COSSO · CORNELIO · LENTVLO · M · ASINIO · COS ·	TER · II

SVM · SVM · QVADR · VIC · VII · REVOC · IIII · SEC · XXXIX · TER ·
LX ·[1] ET · IVSTITIALE · I · SEIVGES · II

Rep. Romae, in via Latina. Grifi, l. l. tab. II. Videre mihi non licuit. De singulis vide in Annall. modo laudatis.

1) SVM*ma* SVM*marum* QVADR*iga* VIC*it* VII. REVOC*atus* IIII. SEC*undas (tulit)* XXXIX. TER*tias (tulit)* LX. Hinc explica notas in titulo obvias. Quid IVSTITIALE sit, equidem ignoro.

7419 d γ. (Anni U. c. 771 et 772.)



Fragmentum hucusque ignotum, quod in codice Pighii Berolinensi repperi, loco non indicato. Illustravit Borghesius in Bull. Inst. Arch. 1856. Hic repetii propter praetores in eo commemoratos, quos *praetores aerarii* esse ex Or. 3128 apparet. Inde B. fastos esse collegii cuiusdam suspicatus est cum aerario coniuncti.

Ad n. 6453: fieri potest, ut interpolata inscriptio sit; quam totam spuriam esse haud facile credam, quum honorum series optime se habeat.

Ad n. 6456 a: de rebus cf. nunc Bull. Inst. Arch. 1855, p. XXIV.

§ 7. ad Or. 3186: Smetius 67, 3 et cod. Vat. 5253, p. 52 solos versus 8 priores et fragmenta quaedam versus 9. exhibent; quibus male a Boissardo partem inferiorem alius cuiusdam tituli adglutinatam esse, ipso bello Germanico anni 168 expeditioni Armeniacae anni 163 anteposito facile intelligitur. Ceterum *Laeliano* legendum est (Borghesi).

Ad n. 6472: I. B. de Rossi, *Nicomaco Flaviano* p. 61, n. 1 (Ann. Inst. Arch. 1849, p. 351) ex cod. Vat. 5253, p. 158 priores duos versus inscriptioni mutilae ab Aldo Manutio adiunctos esse affirmat; reliqua pars exstat in Museo Capitolino.

Ad n. 6476: not. PALASS mihi cognomen est Panckarii per compendium expressum.

Ad n. 6485: editus circa idem tempus, quo a Borghesio et Mommsenio, amplissimoque instructus commentario ab A. W. Zumptio, qui et ipse Arrio Antonino titulum tribuendum esse recte invenit; Comment. epigr. II, p. 3 — 70. — Praenomen Arrio fuisse *Gaio*, iam constat e fragmento tabulae Arvalium n. 7419 α.

Ad n. 6486: Renier, *Mél. d'épigr.* p. 40 titulum ita restituit, ut eundem hunc Fulvium esse reputet cum eo, cui Or. 3134 positus est; id quod parum recte disputatum esse eo mihi probatur, quod pontifi-

catum illi quidem post praeturam, huic iam ante quaesturam datum esse ipsa honorum serie satis elucet; nam quod R. affirmat, sacerdotium *secundum consuetudinem* Romanorum statim post consulatum ante ceteros honores positum esse, eam nego equidem eorum fuisse consuetudinem, quum inter tot exempla Saliorum in hoc certe libro obvia decem (2242. 2285. 3134. 3135. 3782. 5003. 5435. 5447. 5999. 6007.) reppererim, quibus sacerdotium eo loco recensetur, quo in serie honorum re vera positum erat. De quattuor aliis (560. 2243. 2245. 4495) nihil constat, quum vel sola sacerdotia iis commemorentur, vel unus addatur magistratus. In n. 2761 sacerdotia ab initio tituli ante omnes honores collocantur. Ita solus titulus n. 6006 cum sententia Renieri conspirat; de n. 2151 enim certum iudicium non pronuncio, quum ad praetorem pertineat. Saliorum autem exempla ideo proposui, quia eo sacerdotio iuvenes functos esse constat patrimos et matrimos, qui impetrato alio quodam sacerdotio illo se abdicare tenebantur, ita ut de Saliis tantum certi aliquid affirmare possimus.

Ad n. 6487: ab hac inscriptione edenda tunc, quum librum conscriberem, abstinendum esse credidi, quia ipsum Melchiorrium eam mox editurum esse noveram; quem quum litteris et amicis nuper morte ereptum adhuc lugeamus, nihil nunc obstat, quo minus monumentum dudum a Borghesio mecum communicatum publici iuris faciam:

7420. C · SABVCIO · C · F · QVIR · MAIORI ‖ CAECILIANO · COS ‖ SODALI · AVGVST · CLAVDIAL · PROCOS · PROV ‖ ACHA · LEG · AVG · PR · PR · PROV · BELGICAE ‖ PRAEF · AERARI · MIL · LEG · IVRID · PROV ‖ BRITANNIAE · IVRID · PER · FLAMIN · ET ‖ VMBRIAM · CVRAT · VIAE · SALAR · ET ‖ ALIMENTORVM · PRAET · CANDID · TR · PLEB ‖ ....

Post n. 6489 insere:

7420 *a*. L · NOVIO · CRISPINO ‖ MARTIALI · SATVRNINO ‖ COS · DESIG · LEG · AVG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · AFRICAE ·[1]) PROCOS · GALLIAE ‖ NARBONENSIS · LEG · AVG · LEG · I · ITALICAE ‖ LEG · AVG · IVRIDICO · ASTYRIAE · ET · GALLAECIAE ‖ PRAETORI · TRIB · PLEB · QVAESTORI · PRO · PRAET ‖ PROVINCIAE · MACEDONIAE · TRIB · MIL ‖ LEG · VIIII · HISP · IIII · VIRO · VIARVM ‖ CVRANDARVM · SEVIRO · EQ · ROMANORVM ‖ VETERANI |LEG · III| AVG ‖ QVI · MILITARE · COEPERVNT · GLABRIONE ‖ ET · TORQVATO · ITEM · ASIATICO · II · ET · AQVILINO · COS[2]) — Lambaese, Renier, *Inscr. de l'Alg.* 19.

1) Numidiam rexit sub Antonino Pio trib. pot. X et XI (l. l. 17. 18), i. e. annis 147 et 148, ita ut anno 146 C. Prastinae Messallino cos. 147 successisse videatur (l. l. 10. 11). Ipse igitur anno 149 fasces gessisse credendus est. 2) i. e. annis 124 et 125.

Ad n. 6502: vv. 10. 11. correxit Renier, *Mél. d'épigr.* p. 81. *dilect. per* ‖ AFRICAM · MAVR*etanias*, recte opinor; neque enim *legato*, quem equidem admisi, nec *comiti* ibi locum esse facile constat. — Idem

l. l. p. 75. titulum affert patris fortasse Caesernii, quem propterea hic proponendum esse censui, quia *missus* dicitur *ad dilectum iuniorum* cet.

7420 a. T · CAESERNIO · · · F · PALAT · STATIO ‖ QVINTIO · STAT*ia*NO · MEMMIO · MA‖CRINO · COS · SOD*al*I · AVGVSTALI · LEG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · AF*ri*CAE · LEG · LEG XIIII · G · M · V [1]) ‖ MISSO · AD · DILEC*tu*M · IVNIORVM · A · DĪVO ‖ HADRIANO · IN · R*e*GIONEM · TRANSPADA‖NAM · [2]) TR · PL · QVAE*st* · CANDIDATO · DĪVI · HADRIANI ‖ COMITI · EIVSDEM · I*n ori*ENTE · XV · VIRVM · (sic) STLITIB ‖ I*udican*DIS ‖ D · D · PAT*rono* · *iiii* COLON P · P — Constantinae. Renier, qui bis titulum exscripsit, *practuram* omissam et pro *Xvirum* re vera *XVvirum* scriptum esse testatur. Eius supplementa recepi.

1) G*eminae* M*artiae* V*ictricis*. 2) Cf. n. 5478, et *dilectatores*, quos minus recte ex solis praefectis electos esse scripsi ad titulum modo laudatum; cf. praeter n. 6502 inscriptionem n. 6453, quae quamvis interpolata, pro spuria tamen haberi nequit.

N. 6505 = 5575.

Ad n. 6509, not. 2: Titulus Toriniensis nunc exstat in civitate *Saint-Lo*; v. Mommsen, l. l.

Post n. 6521 adde:

7420 a *α*. · · · AELO RVFO IVVII‖rIO VE FL PP [1]) DVVIVRA‖LCIO DO [2]) RP CVRATORI ‖ AD FISCI ADVOCATIONES ‖ TER NVMERO PROMOTO ‖ THEVESTINAM HADRVMETI‖NAM THAMVC AD ANNONAM ‖ PERP [3]) AEL VICTORNVS ‖ FL PP IIVR E HOR PARTOR AL [4]) ‖ IIVR CONCoRDISSIMO — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 237.

1) FL*amini* P*er*P*etuo*. 2) Num QQ, *quinquennalicio*? Lapidem enim valde detritum esse asserit R. 3) R. THAMV*gadinam*, *Curatori* AD ANNONAM PERP*etuo*; sed melius credo coniungi THAMVC = THAMV*gadinam* vel THAMVGAD*inam*, nisi potius in voce ANNONAM ipsa latet terminatio adiectivi *Thamugadinam*. Quod si minus placet, *ad annonam* credo simpliciter dictum esse pro *procuratore annonae*. 4) A MIL*itiis*, R.

N. 6525 = 5412.

CAPVT XI. OFFICIA MINORA.

Ad n. 6567: lapidem nuper cum Hübnero in amphitheatro Flavio ipse inspexi et Borghesium quidem nomen Carini, Feam vero · · · SV · · · TABVL recte legisse cognovi.

CAPVT XII. LOCA PVBLICA. OPERA PVBLICA.

Ad n. 6579, not. 1. pro *militum* supple M*unici*PVM.

Ad n. 6601: postea vidi ectypum chartaceum. Titulus litteris magnis et pulchris altioris antiquitatis exaratus est. Recte conieci *Rutilus*, sed omissa est nota *quaestorum*; versus enim duos priores ita scribe:

M · SAVFEIVS · M · F · RVTILVS
C · SAVFEIVS · C · F · FLACVS Q

N. 6608 nunc melius exhibetur a Reniero, *Inscr. de l'Alg.* 131: TABVLARIVM PRINC ‖ *cu*M IMAG ‖ DOMVS DI‖VINAE R*e*‖NO-

VATVM ‖ *a*B VLPIO ‖ *a*NTONNo ‖ *p*RINC · E*t* ‖ OPTIONes ‖ COH PR*im* ‖ ET ADIV*tor* ‖ DE SVO F*e*‖CERVNT ‖ M AVRELI‖VS AVRELI‖ANVS PP [1]) — Lambaese, „*au praetorium, sur deux fragments de schola, comprenant: le premier, le pilastre de gauche, relativement au spectateur, et une partie de la face principale; le second, une autre partie de la face principale.*" R. Hoc fragmentum nimis mutilum omisi.

1) Sic intellige: *tabularium principalium cum imaginibus domus divinae renovatum ab Ulpio Antonino, principales et optiones cohortis primae* (sc. legionis III. Aug.) *et adiutores de suo fecerunt. M. Aurelius Aurelianus primus pilus* (sc. eiusdem cohortis). — Renierus vv. 11. 12. cohortem quandam *PRaETOriam* ADIV*tricem* invenisse sibi visus est, plane ignotam; cetera recte interpretatus est.

Post n. 6634 adde hos titulos Lambaesitanos:

7420 a β. IMPP CAESS C VALERIVS DIOCLETIANVS P ‖ F INVICTVS AVG ET M AVRELIVS VALERIVS MA‖XIMIANVS P F INVICTVS AVG AQVÆDVCTVM ‖ TITVLENSEM AB ORIGINEM VSQVE AD CIVITA‖TEM LONGA VETVSTATE CORRVPTVM ‖ PER AVRELIVM MAXIMIANVM VPPPN [1]) AD MELO‖REM STATVM ADDITIS LIMIS RESTITVERVNT CVRATIBVS AE‖MILIO LVCINO AVGVRE CVR REI P ET IVLO AVRELIO · 7 · — Ad nymphaeum. Renier, Op. cit. 108.

1) *Virum Perfectissimum Praesidem Provinciae Numidiae.*

7420 a γ. AQVAM TITVLENSEM QVAM ANTE ANNOS ‖ PLVRIMOS LAMBAESITANA CIVITAS IN‖TERVERSO DVCTV VI TORRENTIS AMISERAT ‖ PERFORATO MONTE INSTITVTO ETIAM A ‖ SOLO NOVO DVCTV SEVERINIVS APRONIANVS VP · PPN ‖ PAT · COL · RESTITVIT · CVR · AELIO · RVFO · V · E · FL · PP · CVR · RP — Ibd. l. l. 117. — Ad stativa legionis III. Aug. pertinet haec inscriptio pone praetorium reperta:

7420 a δ. AQVAEDVCTVM ‖ LEG III AVG DIOCLETI‖ANI ET MAXIMIANI AVGG ‖ NN MVLTORVM INCVRI‖A DILAPSVM ET PER Lo‖NGAM ANNORVM SERI‖EM NEGLECTVM INVIC‖TISSIMI AC RESTITVTo‖RES ET PROPAGATORES ‖ ORBIS SVI DIOCLETIANVS ‖ ET MAXIMIANVS AVGG [1]) CVRANTE AVRELIO ‖ MAXIMIANO VP PPN ‖ ET CLODIO HONORATO ‖ VE PRAEF LEG EIVSD ‖ IN MELIVS REFOR‖MATVM AD INTEGRI‖TATEM RESTITVE‖RVNT — Op. cit. 109.

1) Nomina imperatorum scalpro deleta, sed leguntur; R.

Nota denique inter monumenta Lambaesitana SEPTIZONIVM commemoratum in fragmento epistylii ad nymphaeum effosso; op. cit. 78.

CAPVT XIII. VECTIGALIA CET.

Post n. 6644 adde:

7420 a ε. D · M · S · ‖ IVLIA · FORTVNA‖TA · VIX · AN · XXVII ‖ MARVLLVS · IVLIANVS ‖ EX · OFF · RAT · HER ·

EIVS ‖ CONIVGI ❦ DVLCISSIME (sic) — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 981.

Ad n. 6663: in iis, quae adnotavit Mommsenius, scribe 6905 pro 6915; ceterum titulus mihi etiamnunc videtur sincerus esse, licet exemplum Neapolitanum spurium sit, confictum ex consuetudine falsariorum, qui inscriptiones genuinas in lapidibus incidere, raro novas ipsi sibi excogitare solent.

CAPVT XIV. RES MILITARIS.

§ 1. post n. 6713 insere inscriptionem Lambaese repertam; Renier, *Inscr. de l'Alg.* 784:

7420 a ζ. MEMO‖RIAE ‖ C · IVL · NEPOTIS ‖ DOMO · AMME ‖ DARA · 1) PED · SNG 2) ‖ VIX · ANN · XVIII ‖ C · IVL · VERVS · BF ‖ COS · FRAT · PIISSIM —

1) It. Ant. p. 26 ed. Wess.; p. 10 ed. Pind. *Admedera colonia* inter Lares et Thevesten; cf. Forbiger, Geogr. ant. II, p. 859, ubi v. ceteros. 2) PED*es* SING*ularis*.

Ad n. 6741: parum recte titulos cohortium singularum legionis III. Augustae hoc quidem loco a me laudatos esse, elucet nunc ex Renier, *Inscr. de l'Alg.* nn. 11—16.

§ 2. post n. 6781 adde hos titulos Lambaese repertos:

7420 a η. D M ‖ COCCEIAE ‖ MARCIAE ‖ CONIVGI ‖ CARISSIMAE ‖ ET MATTIAE ‖ COCCEIANE (sic) ‖ FIL · DVLCIS ‖ Q · MATTIVS ‖ QVARTVS ‖ FICINO ‖ PRINC · LEG ‖ III · AVG ‖ FACIEND ‖ CVRAVIT — Op. cit. 982.

7420 a ϑ. D · M ‖ HAVE · CL · 1) BENE · VALEAS ‖ TI · CL · FIRMO · PRN ‖ LEG · III · AVG ‖ VIX · AN · LX ‖ CLAVDIA · RVFA · CVM ‖ LIBERTIS · ET · HEREDES ‖ EIVS · PATRONO ‖ B · M · F ‖ NAM · MESOLAEVM ‖ ROMAE · IN · PRAEDS ‖ SVIS · EX · HS · L · M · N ‖ FACTVM · EST — l. l. 512.

1) CL*audi*.

7420 a ι. DIS *mau*‖RIS · SAC ‖ L · PVRTISI‖VS · FIRMVS ‖ HAST · CVM ‖ PORILIAMAR‖CIANE CON‖IVGE . FECER ‖ L· A — l. l. 150.

7420 a κ. (protome viri dextra volumen tenentis) D M ‖ T ❦ FL ❦ VIRILIS 7 LEG II AVG ‖ 7 LEG XX VV ❦ 7 LEG VI VIC ‖ 7 LEG XX VV ❦ 7 LEG III AVG ‖ 7 LEG · III PARTH SEVE ‖ VIIII ❦ HAST ❦ POSTER ❦ 1) VIXIT ANNIS LXX · ‖ STIP XXXXV LOLLIA ‖ BODICCA CONIVX ‖ ET FLAVI VICTOR ET ‖ VICTORINVS FILI ❦ ‖ HEREDES ❦ EX ❦ SI ‖ ICC 2) N FACIENDVM ‖ CVRAVER ❦ — l. l. 653.

1) *nonus hastatus posterior*, recte R.; cf. Marquardt, *R. Alterthth.* III, 2 p. 281. 2) *mille ducentis*, R. — Hinc corrige, quae ad n. 3452 adnotavi.

7420 a λ. *d* M *s* ‖ *m* · AVRELIVS A*man*‖DVS 7 LEG III A*ug* ‖ HIC SITVS E*st* ‖ T · FIL · EX · DEC ‖ EQ · SING · IMP 1) ‖ VIX · ANNIS · XLV ‖ HEREDES EIVS ‖ *au*RELIVS AMANDV*s* ‖ *e*T

AVRELIVS GEN‖TILIS 7 LEG EIVS‖DEM FACERE ‖ CVRAVERVNT ‖ EX · SS · II · MIL ‖ N — l. l. 387; supplementa sunt Renieri.

1) Amandus igitur *ex decurione equitum singularium* factus est centurio legionarius; cf. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 25 et Or. 3592.

7420 a μ. D M S ‖ L CORNELIO ‖ CATONI 7 LEG III AVG ‖ QVI ET CALIGATVS ‖ STP XIIII M[1]) CORNEL ‖ CATO E AVRASSVS FILI ‖ · · · · · · · ATRVM — l. l. 544.

1) *Meruit*, R. Cf. 1646. 3868.

§ 3. adde inscriptiones sequentes Lambaesitanas:

7420 a ν. D M S ‖ M CORNELIVS FESTVS ‖ MIL LEG III AVG ‖ ARCHITECTVS VIC‖SIT ANNIS XXX — l. l. 547.

7420 a ξ. · · · · · · · · · ‖ L · IVLIVS · PRIM*us* ‖ SIG · [1]) LEG · III · A*ug*. ‖ L · FVRNASI*us* ‖ ASCLEPIADES ‖ ARM · CVS · [2]) LEG · EIV*sd* ‖ HEREDES · EIV*s* ‖ FECERV*nt* — l. l. 793.

1) SIG*nifer*. 2) ARM*orum* CVS*tos*. — Idem officium alio modo scriptum habes in his titulis:

7420 a ο. D M S ‖ C IVLIVS PROCV‖LVS VIXIT ANNIS XXV ‖ C IVLIVS MARTIALIS ‖ ARMORVM C ‖ LEG III A FRATRI ‖ KARISSIMO — l. l. 777.

7420 a π. D M ‖ C CORNELI‖VS PIETAS ‖ ARMORVM ‖ LEG · III · AVG ‖ VIXIT A XXXXV ‖ PIVS FRATER FE‖CIT — l. l. 556.

7420 a ρ. D M ‖ CLODIA LACAENA ‖ VIX · AN · LIIII ‖ L · CLODIVS · FORTVNATVS ‖ ARMO · LEG · III · AVG ‖ L · CLODIVS · SATVRNINVS ‖ 7 COH · I · FL · EQ ‖ L · CLODIVS · CRESCENS ‖ MIL · LEG · III · AVG ‖ CLODIA · VITALIS · FILI ‖ MATRI KARISSIMAE ‖ · · · · · · · · · · · · · · ‖ CLODI · · · · · · [1]) LEG · III · AVG ‖ FECER*unt* — l. l. 514.

1) *coniugi l. clodius* CLODI*anus vet* cet. R., quod minus placet.

7420 a σ. D M S ‖ P EGNATIVS ‖ DONATVS CAND‖IDATVS LEG III AVG[1]) ‖ FECIT CONIV‖X MARITO ‖ MERENTI VIX ‖ AN XXXXV — l. l. 603.

1) Hinc corrige, quae ad Or. 3514 adnotavi.

7420 a τ. M AQVILVS ‖ M F ANIES ‖ PROCVLVS ‖ ARIMIN ‖ COMMENTAR[1]) ‖ VIX AN XXVII ‖ HIC SITVS EST — l. l. 343.

1) COMMENTAR*iensis*; cf. 3487. cet.

7420 a υ. D M S ‖ IVLIA VRBA‖NA · V · A · XXIII ‖ IVL · QVIETVS ‖ A · C · [1]) CVM · FIL ‖ IVLIA VITA‖LIS ET IVLIVS ‖ QVIETIANVS ‖ MATRI M F — l. l. 799.

1) A *Commentariis*, R. recte, credo.

7420 a φ. D M S ‖ HERENNIVS ‖ VICTORINVS ‖ DISC · EQQ · [1]) LEG · III · AVG · VIXIT ‖ ANN · XXVII ‖ H · S · E — l. l. 701.

1) DISC*ens* EQ*uitum*, R.

7420 a χ. · · · · IAL · · · ‖ · · · · · LET LEG ‖ III AVG GALLIE‖-

NAE · AEMILI‖VS FLORVS BF · ‖ DOMICVRIVS[1]) ‖ EIVS · PATRONO ‖ *pr*AESTANTIS — l. l. 260.

1) Quamquam *domicurii* officium privatum esse apparet, inter militaria tamen posui, quia *beneficiarius* apud legatum vel alium principalem eo functus est.

7420 a ψ. D M S ‖ L · ANTONIO ‖ SATVRO ‖ HARVS · [1]) LEG · ‖ FLAVI · GEME‖LINA MARITO ‖ DVLCISSIMO ‖ FECIT — l. l. 326.

1) HARVS*pici*, R.; cf. 6792 a.

7420 a ω. D M S ‖ C · MANILIVS SA‖TVRVS IMM[1]) LEG III ‖ AVG · V · AN XXX AELIA ‖ MAXIMA CONIVGI ‖ ET MANILIA SATVR‖NINA FILIA EIVS ‖ KARISSIMO FECE‖RVNT — l. l. 960, et:

7420 a αα. D · M ‖ FLAVIAE VIC‖TORIAE CONIV‖GI · RARISSIMAE ‖ VIXIT · AN · XXXIII ‖ IVLIVS · EXTRCATVS ‖ IMMV · [1]) LEG III AVG · P · V · EX ‖ PRAECEPTO · PIVS · PAREN‖TIBVS · FECIT — l. l. 743.

1) IMMV*nis*, R.

7420 a ββ. D M S ‖ LOLLIVS VIC‖TOR LIBRATOR[1]) ‖ LEG · III · AVG ‖ STIPENDIOR ‖ XI ANN XXXIII ‖ MAT · F · F · CAR — l. l. 926.

1) Cf. 3493. Hinc patet nota LIBR simpliciter posita in legionibus LIBR*atorem* non minus bene quam LIBR*arium* indicari posse, ut Renierius vult in titulo sequenti.

7420 a γγ. D M S ‖ M · HOSIDI*us* ‖ GETA VIXIT AN‖NIS LXXVIII HO‖SIDIVS FELICISSI‖MVS LIBR LEG III AVG ‖ PATRI PIISSIMO FEC — l. l. 708.

7420 a δδ. D M ‖ T · FL · ONE‖SIPHORO ‖ MED[1]) LEG III AVG ‖ AEMILIVS FE‖LIX SCRI[2]) — l. l. 641.

1) *Medicus*, R. 2) SCRI*psit*, R.

7420 a εε. D M S ‖ P . AELIO · P · F ‖ CRESCENTIANO ‖ NOTARIO · LEGAT[1]) ‖ IN OFFICIO IVVENA‖LIS PRAEF · PRAETORI ‖ DEFVNCTO VIXIT ‖ ANNIS VIGINTI DVO ‖ ET MILITAVIT AN IIII ‖ AELIA PROCESSA ‖ MATER FILIO ‖ INNOCENTI — l. l. 204.

1) i. e. legionis III Aug.

7420 a ζζ. D M S ‖ Q BAEBIVS ‖ IANVARIVS ‖ PEC · [1]) LEG · V · A ‖ XXXIIII · M · VII ‖ CÆCILIA FAVSTA CONIVGI ‖ ET BÆBIAE FAVSTINA CÆCILIA ‖ PATRI HER · FEC — l. l. 423, et:

7420 a ηη. D M S ‖ C · CAELIO SA‖TVRNINO ML ‖ LEG III AVG VIX ‖ AN XL AELIVS S*u*‖RVS PQ[1]) LEG EIV*sd* ‖ MVN[2]) E HER F*ecit* — l. l. 465.

1) PEC*uarius*, PeQ*uarius*, R. 2) MVN*iceps*, id.

Ad *familiam rationis castrensis* pertinent hae inscriptiones Lambaesitanae:

7420 a ϑϑ. IMP · CAES ‖ L · SEPTIMIO ‖ SEVERO PIO ‖ PERT · AVG ‖ ARAB · ADIAB ‖ PART · MA‖XIMO · PP ‖ TRIB · POTEST ‖ XI · COS · III[1]) ‖ PROCOS ‖ FAMILIA ‖ RATIONIS ‖ CASTREN‖SIS — l. l. 69.

1) a. 203.

7420 a *ιι*. · D · M · S · ‖ CASSIO AVGGG ‖ NNN 1) VERN ‖ DISP · 2) LEG · 3) III · ‖ AVG · P · V · ‖ QVI VIXIT ANN ‖ CX · M · VII · D · XXI ‖ VRSINVS ARK ‖ LEG ❦ EIVSDEM ‖ FECIT ‖ B M — l. l. 493.

1) sc. Severi, Caracalli, Getae. 2) DISP*ensator*. 3) ARK*arius*, R.

7420 a *κκ*. D · M · S ‖ HYGINO · SER ‖ FIDELISSIMO ‖ V · A · XXIII ‖ ADVENTVS · AVG ‖ VERN · EX · DISP ‖ LEG · III · AVG — l. l. 192; cf. n. 191. *Tabularium castrense* habemus in mutila inscriptione Lambaesitana, l. l. 551, in qua officium videtur commemorari *a tabulario castrensi*, *evocato* datum, qui postea centurio factus est:

7420 a *λλ*. · · · RENTNVS · 7 · LEG III · AVG · II · PI · · · ‖ · · · OIC · · · A TABVL · CASTR · EVOK · E · · · · ‖ · · · E · · · · · · · *p*RAET · VIXIT · A · · · · —

Ad indolem collegiorum militarium melius declarandam nonnullas inscriptiones Lambaesitanas afferre liceat a Reniero nuper publici iuris factas, cum quibus cf. nn. 6790 et 6792 a.

7420 a *μμ*. IMPP ❦ CAESS ❦ L ❦ SEPTIMIO · *severo · pio · pertinaci · aug · et · m* ‖ · AVRELIO ❦ ANTONINO P*io · aug* · (*et · l · septimio · getae · caes* 1)) ‖ ET IVLIAE AVG · MATRI AVG [❦] 2) ET *castrorum*, *dedicante q. anicio* ‖ FAVSTO COS · AMPL · 3) EX LARGI*ssimis stipendiis* (*et liberalitatibus?*) *quae in* ‖ EOS CONFERVNT FECERVNT OPTIONES VALET*udinarii* · · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ PEQVARI · LIBRARIVS · ET DISCENTES CAPSARI · · · · · *ob quam · sol*‖LEMNITATEM DECREVERVNT VNIVERSI ARCA*m · instituere ex qua si qui veterani ex* ‖ EODEM COLLEG · DIMITTENTVR ANVLARI · N · SING*ulis kal · ian* · (?) *hs · · · mil · n · dentur* ‖ ITEM DISCENTIB · PRO PORT · SCAMNARI · SVI · IS ∞ IN · · · · · · · · · 4) — l. l. 63.

1) Cf. Eckhel VII, p. 221 et 228. 2) Altera G deleta, in loco eius ❦ positum. — 3) *Consule amplissimo*, R. — Q. Anicius Faustus *consul designatus* fuit anno 198, l. l. 56; suffectus igitur fasces gessit anno 199. Sin vero recte titulum supplevimus, absens consulatu functus est; nec video equidem, quo alia ratione inscriptio restitui possit, nam vix consuli una cum imperatoribus monumentum positum esse credideris. 4) In restituendo titulo praeter n. 6790 a Reniero praecipue adhibitum inscriptione equidem usus sum apud eum n. 57 insigni; quamquam ipsa tituli verba me assecutum esse minime credo. Cf. etiam sequentem titulum nostrum.

7420 a *νν*. PRO FELICITATE · ET · INCO‖LVMITATEM (sic) SÆCVLI DO·‖MINORVM N N [❦] AVGG [❦] ‖ L · SEP · SEVERI · PII PERTINACIS · ‖ AVG · ET · M · AVRELI ANTONINI ‖ AVG · [PART · BRIT · GERM ·] ‖ [MAX] · AVG· 1) ET · IVLIAE · AVG· ‖ MATRI AVG [N] ET CASTR‖ [ET · SENATVS · ET · PATRIAE] 2) ‖ ANTONINI AVG · NOSTRI · [INVICTI] 3) ‖ COR 4) LEG III AVG P V ‖ L · CLODIVS SECVNDVS OPT 5) (sequuntur nomina 35 duabus columnis disposita cornicularioram videlicet sodalium collegii, cuius lex

ita concepta deinde legitur:) SCAMNARI N DABVNT · COL · QVI · FAC · FVER ‖ ✕ ƉCCL · SI QVI DCOL · TRA · PRO · CVM · ‖ PRS · ACC · VIAT · PRO · M · ✕ CC EQA · R · Ɖ 6) ‖ ITEM VITRANIS (sic) ANVLARIVM 7) NOM · ✕ Ɖ ‖ ITEM SI QVI EX COLL · AMPLIO · GRAD PROF 8) ACCIP ✕ Ɖ ‖ ITEM SI QVI OBITVM NATVRAE RED ACC HER IPS SIVE PRO 9) ✕ Ɖ ‖ ITEM QVOD ABOM SIQ · LOCVSVN AMIS · 10) ACCIPIET ✕ CCL · ‖ EIS T M QVI ARC SOLVT SVNT ET SI QVIS DE TIRONIB · AB HAC DIE SATIS ‖ ARCAE FEC · ACCIPIET QVITQVIT DEBET · LEX FACT XI KAL SEP · ///////// 11) II ET GETA II COS CENINIS ANTONINVS · PIIINVS MARCVS — l. l. 70.

1) Nomina Getae erasa. 2) Nomina Fulviae Plautillae erasa. 3) verbum *coniugis* deletum. 4) COR*nicines*, R.; ego, quum nota COR *cornicularios* fere semper indicari vidissem, hoc quoque loco idem officium intelligendum esse censui, editorem commentario suo rationes publicaturum esse sperans, quibus adductus *cornicines* potius significatos esse credidit. 6) Ita legendum esse docet Renierus: *scamnari(o) n(ostro) dabunt col(legae) qui fac(ti) fuer(int) denarios* ƉCCL. *si qui d(e) col(legis) tram(are) pro(ficiscentur), cum pr(ofecturi) s(int), acc(ipient) viat(orium) pro m(ari)* ✕ *CC, eq(ue) a(bsentia)* (??) *r(egressi)* Ɖ (??). — Ego nihil melioris afferendum habeo, nisi quod ab initio scribendum puto *scamnari nomine*, deinde pro *viatorio viaticum*, loco autem numeri pluralis ubique singularem ponendum esse. — *Scamnarium* igitur est pecunia, quam pro introitu collegii solvunt, inde fortasse dicta, quia ius in collegio sedendi ea comparabatur. 7) l. ANVLARII; cf. ad 6790. 8) *amplio(re) grad(u) prof(iciscetur)*, R. 9) *red(diderit), acc(ipient) her(edes) ips(ius) sive proc(urator)*, R. 10) *item quod abom(inamur) si q(uis) locu(m) su(um) amis(erit)* cet., R.; quae deinde sequuntur usque ad vocem SVNT, ne R. quidem explicavit. 11) Supple PLAVTIANO, i. e. a. 203, R. — Ceterum *cornicularios*, quorum nomina supra legem collegii leguntur, huius vel praepositos, vel auctores, non omnes eius collegas fuisse ideo dixerim, quia in ipsa lege *tirones* quoque commemorantur inter collegas admissi. — Collegium praeterea novimus *cornicularii et beneficiariorum tribuni laticlavi mil. leg. III. Aug.*, l. l. 57., et eodem modo tum *beneficiarios legati*, tum *speculatores et beneficiarios et quaestionarios* in collegia coiisse, titulis elucet *quaestorum:*

7420 a ξξ. M · AVRELIO ‖ COMINIO · ‖ CASSIANO ‖ LEG · AVGG ‖ PR · PR · 1) C · V ‖ BENEFICIAR ‖ EIVS ‖ CVRANTE · P · VALERIO ‖ DONATO · QVAES‖TORE · — l. l. 80, et:

7420 a οο. M · VALERIO · SE‖NECIONI · LEG ‖ AVG · PR · PR · PRAE‖SIDPROVINGER‖MAN INFER CoS 2) ‖ SPECVLATOR ‖ ET BENEFIC ET ‖ QVAESTIONAR ‖ CVRANTE AGILIO FELICE QVAES‖TORE — l. l. 87.

1) Sub Caracallo et Geta impp., id quod probat altera G erasa in voce AVGG titulorum l. l. 77. 81. 2) Legatus Numidiae sub Caracallo, cf. l. l. 86.

Denique partem principalem sufficiat protulisse monumenti a *duplariis legionis III Aug.* anno 218 Elagabalo positi, l. l. 90, in quo nomina abrasa optime Renierus restituit:

7420 a ππ. *pro salute · d · n · imp · caes · m · aurelii · antonini · pii · felicis · aug · p · m* · PP · TRIB · POT · COS ‖ PROCONS · DIVI · MAGNI ‖ ANTONINI · FIL · DIVI · PII ‖ SEVERI · NEPOT · ET *iuliae* ‖ *maesae · aug · aviae · aug* ‖ *n* · MATRIS · CASTRORVM ‖ ET SENATVS · *et · iuliae* ‖ *soaemiadis · bassianae* AVG ‖ *matris* · AVGVST · N · ‖ DVPLARI LEG III AVG P V *an‖toninianae* DEVOTI NVMINI ‖ MAIESTATIQVE EORVM · ‖ REGRESSI DE

EXPEDITIO||NE FELICISSIMA · ORIEN||TALI (Caracalli) — In latere dextro post versus nonnullos lapidis ruptura deperditos nomina sequuntur 92, duabus columnis disposita, et primo quidem loco TESserarius, deinde TVB*icines* 4, COR*nicines* 2, BVC*cinatores* 2, IM*munes* 4, AR*carius* 1, B*ene*F*iciarii* TR*ibuni* 2, MESor 1, LIB*rarius* 1, POB (?) 1, IM*aginifer* (? quia *immunes* antea) 1, AMR (? fortasse ARM*orum custos*) 1, DVP*larii* (vel D*uplarii*) 69, quorum unus dicitur SEQD, *sequutor duplarius*. Accedunt duo inter *duplarios* quidem recensiti, sed alter deleta nota officii, alter EXPRIMPP, qua nota R., licet dubitanter, E*vocatum decem* PRIM*um* P*rinci*P*alium* indicari voluit. — In latere sinistro nomina leguntur 109, *duplariorum*, ut videtur, quamquam in nonnullis nota muneris periit. Tribus nota DX PRIM PP adiungitur, ut R. explicat, D*uplarius decem* PRIM*us* P*rinci*P*alium*.

Indici munerum militarium ad n. 6791 proposito paucas addere liceat notas obscuriores ex inscriptionibus Lambaesitanis desumptas:

ADQS, fortasse AD*iutor* Q*uae*S*tionarii*; 129, v. 34.
A L D (?); 129, v. 29.
A R, *a rationibus*, R.; num AR*carius*? 134, v. 10.
CVR · SCO, *curator scholae*, sc. collegii militaris, R.; 135, v. 12.
D AQ, *discens aquiliferi* R.; 129, v. 26.
D A R ARCAR, *discens a rationibus arcari* (?) R.; 100, v. 34.
D S, *discens signiferi* R.; num D*uplarius* S*ecutor*? 129, v. 9.
EX A, *ex actario* R.; 102.
EXAC, *exactus* R.; 133, v. 54.

EX A E, *ex actario*, *evocatus* R. EX A L, *ex actario legati* R. EX D, *ex dispensatore* R.; num *ex duplario*? Dispensatores enim milites non sunt. EX D F, *ex dispensatore fisci*, R. (?) EX L, *ex librario*, R. EX L C, *ex librario caducorum*, R. (?); num *cohortis*? EX L F, » » *fisci*, R. EX L L, » » *legati*, R. EX L L T » » » (et) *tribuni*, R. (?) EX L T » » *tribuni*, R.	102.

POL, EX POL, *polione*, *ex polione* 100, 10 et 16; R. recte quidem v. 16. explicat, sed v. 10. tribum *Polliam* putat indicatam esse; quod si verum esset, munus ibi omissum esset.

Or. 3502 parum caute cum Maffeio spurium reputavi; licet enim Orellii certe explicatio erronea sit, optimae tamen fidei inscriptio, nota autem COM pro *Commentariensi* habenda est.

Ad Or. 3538 adde inscriptiones in villa Pamphilia exstantes, quas descripsit mihi Aemilius Hübner:

7420 a *ϱϱ*. PAETINVS ‖ TI · CLAVD ‖ CAISAR · AVG ‖ CORP · CVST ‖ DEC · PACATI ‖ NAT · BATAVS ‖ VIX · ANN · XX ‖ H S E ‖ POS · VIRVS · DEC · PACATI ‖ H EIVS · EX · COL · GERMA —

7420 a *σσ*. POSTVMVS ‖ TI CLAVDI ‖ CAISAR · AVG ‖ CORPOR · CVST ‖ DEC · SYNEROTIS ‖ NAT VBIVS ‖ VIX AN XXV ‖ H S E‖POS CAPITO DEC ‖ SYNEROTIS HER · EIVS ‖ EX · COL · GERM —

7420 a *ττ*. PHOEBVS ‖ NERONIS · CLAVD ‖ CAESARIS · AVG ‖ CORP · CVST ‖ DEC · RABVTI · ‖ NAT · BAETESIVS ‖ MIL · AN · VIII · VIX · AN · XXV ‖ H · S · E · POSVIT · GNOSTVS ‖ DEC · EADEM · HERES · EIVS ‖ EX · COLLEG · GERMAN —

Ad n. 6810, not. 1: pro *aquiliferi* l. *aquilifer*.

Ad n. 6827 adde nunc titulos sequentes:

7420 b. M · AVRELIO ‖ COMINIO · CAS‖SIANO · C · V · ‖ LEG · AVGG · PR ‖ PR · [1]) OMNIBVS ‖ VIRTVTIBVS ‖ ABVNDAN‖TI . VIRO ‖ MEMMI‖VS · VALERI‖ANVS · A · IIII ‖ MILITIIS [2]) V · E ❦ — Lambaese. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 222; *Inscr. de l'Alg.* 77.

1) Cf. n. 7420 a *ξξ*, et Renier l. l. 2) Cf. C. I. Gr. 4483: *τετειμημένος ὑπὸ τῶν θειοτάτων αὐτοκρατόρων ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΣΤΡΑΤΕΙΑΣ, ἔπαρχος εἴλης* . . . (cf. ibid. 4499); et 3484, a: *ΑΠΟ ΤΡΙΩΝ ΧΙΛΙΑΡΧΙΩΝ*, R., qui pro *militiis* Romanorum Graecos vocabulo *ΣΤΡΑΤΕΙΑΙ* et minus accurate voce *ΧΙΛΙΑΡΧΙΑΙ* usos esse demonstrat. Cf. *prima militia* n. 2248, de qua parum recte iudicavi ad n. 6827, et:

7420 b *α*. D · M ‖ T · FL · SALVIANI ‖ EX · PRAEF · EXPLORA‖TORVM · DIVITIENSIVM ‖ MILITIAE · QVARTAE ‖ EQVITI · ROMANO ‖ BAEBIVS · ISIDORVS ‖ Ↄ · LEG · AMICO ‖ F · C — Mogontiaci. *Rhein. Blätter, Beibl. zum Mainzer Journal* 1854, n. 149. — Vide praeterea ad n. 6849.

Ad n. 6825: plures iam *pecuarios* ex lapidibus Lambaesitanis antea protulimus, ita ut de pecuario quoque legionis XX satis constet, neque argumentis in ipso libro propositis opus sit.

Ad n. 6832 a, not. 1: alterum exemplum *circitoris* militaris habes n. 3414.

§ 4. ad Or. 3554: pro *Muciano* corr. MACRINO; cf. Grut. 441, 10 et Labus, *iscrizz. scoperte in Brescia*, in tabula genealogica ad p. 48 adiuncta. Vidit etiam Borghesius.

Ad n. 6849 cf. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 203 seqq. qui multis allatis exemplis *militias* pro *militiis equestribus* (praefectura cohortis, tribunatu legionis, praefectura alae) dictas esse ostendit; cf. praecipue titulum nostrum 6849 cum n. 6517, quo idem vir *tribunus leg. VI* dicitur, qui in illo *a militiis* est. Idem recte vidit Mommsenius, cui id tantum non concedo, quod eosdem fuisse dicit viros *a militiis* cum *IIII militiarum* viris. Huic enim sententiae adversatur titulus hic Lambaesitanus:

7420 c. D M S ‖ FLAVIAE IVLI‖OSAE CONIVGI ‖ VIX AN XXVII ‖ M SERVILIVS FOR‖TVNATVS A MILITIIS ‖ QVI PER

MARIA ET TER||RAS RETVLIT RELIQVIAS || CONIVGIS EX PROVINCI||A DACIA — Renier, l. l. p. 218.

Servilius enim Fortunatus minime ex honestioribus illis fuisse videtur, quos quadriennio militiam absolvisse M. censet; nam fratrem habebat *librarium legionis*, cui in eodem loco monumentum plane simile posuit, ita ut dubitari nequeat, quin idem fuerit Fortunatus frater Rustici qui maritus Iuliosae:

7420 d. D · M · S || M · SERVILI || RVSTICI || LIBRARI || LEG · III · AVG · || P · V · VIXIT || ANNIS · XLIII || SERVILIVS FORTVNATVS || FRATRI · PIISSIMO — l. l. p. 210.

Vir igitur *a militiis* mihi est, quicunque sive praefectus sive tribunus militia perfunctus est; vir autem *a IIII militiis* cum Reniero pro eo habendus, qui primum pilum, praefecturam cohortis, tribunatum, praefecturam alae gessit, *omnibus* igitur *militiis equestribus exornatus* est.

§ 6. ad n. 6858 a: prima linea p. 377 errore typothetae ex n. 6859 p. 378, l. 1. huc translata est.

Hic commemorasse sufficiat rescriptum Hadriani Aug. ad exercitum auxiliarem Lambaese tendentem, cuius fragmenta in basi columnae inscripta in ipsis auxiliarium castris descripsit Renierus, l. l. 5.

§ 7. ad n. 6870, not. 1: *stolarchum* et ipse olim pro *praefecto classis* habueram, sed mox eam sententiam deposui, nonnulla quidem munera classiaria Graecis nominibus appellari videns, minime autem modo Graeco modo Latino sermone Romanos in iis usos esse. Praefectus autem classis Misenatis Graece appellatur *ἔπαρχος Μεισηνῶν στόλου* C.I.Gr.5794.

CAPVT XV. PROVINCIAE CET. POPVLI LIBERI.

Ad n. 6911: corr. ex Renier, *Mél. d'épigr.* p. 114: v. 15. CYRENEICAE; v. 16. MAIORIS. Idem suo iure *legationem super vexillationes in Cappadocia* ad bellum Parthicum L. Veri refert eundemque Marcianum esse credit cum proconsule Asiae C. I. Gr. 2742.

Ad n. 6912: parum caute Sollertem a Plinio commemoratum (ep. V, 4) eundem cum hoc esse reputans, sub Traiano eum fasces gessisse opinatus sum; at qui bello Sarmatico Vespasiani legatus legionis interfuit, haud ita multo post consul factus erit. Quamquam inter legationem legionariam et consulatum eum Galatiae praefuisse docemur tum ipsa inscriptione, in qua nulla fascium mentio, tum praetoria indole provinciae, quam ante annum 78 rexit, quo Neratius Pansa consularis Galatiae una cum Cappadocia praepositus est; cf. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 8. Huic successit anno 83 A. Caesennius Gallus, de quo v. n. 6913. — Sollertem igitur si statim post legationem legionariam in Galatiam missum, huic autem provinciae per solitum triennium praefuisse crediderimus, probabile erit, non multo post annum 75 consulatu functum esse. Consul dicitur Grut. 865, 14.

Ad n. 6919: Claudius Fronto primus legatus consularis Daciae fuit (5478. 5479). — De administratione Daciae epistolam Borghesii publicabo mox in Annall. Instituti Archaeologici.

N. 6922 = 5522.

Ad n. 6928 cf. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 88, ubi exemplum affertur ex apographo Carteri (*a journey from Gibraltar to Malaga*, ed. 2. Londini 1780, II, p. 97.) correctum, ex quo in exemplo meo adde post nomen legionis *Claudiae* cognomina P · F · *antoninianae*. Deinde pro *potamophylaciae* R. proposuit POTAMOPHYLACI, quod facile mihi probasset, nisi a pluribus descriptoribus litterae AE, a Cartero certe ET post verbum illud notatae essent. In fine idem: TRIVM ‖ *dacia*R*um proc. a rationibus* AVG ‖ (ubi *gallia*R*um* equidem teneo, et optime:) *prae*F *ann*ON*ae praef. ae*GY*p*T*i* R · P ‖ *mun* · MALACITA*n* · PATRONO ‖ D · D — Praefectum Aegypti eum fuisse constat ex monumento Malacitano, l. l. p. 95 ex Carteri op. cit. p. 203:

7420 e. VALERIAE · C · F ‖ LVCILLAE ‖ L · VALERI · PROCVLI ‖ PRAEF · AEGYPTI ‖ R · P · MALAC —

Post n. 6955 insere fragmentum decreti nuper prope Lamiam Phthiotidis effossum, quod ex ephemeridibus Atheniensibus Ἀθηνᾶ 1855, *m.* Jun. 22 in Gerhardi *Arch. Ztg.*, *Anzeiger* 1855, p. 77* edidit Papasliotis, additis nonnullis Mommsenii adnotationibus.

7420 e α. Q · GELLIO SENTIO AVGVRINO PROCONS · 1) DECRETA ‖ EX TABELLIS RECITATA 2) KALENDIS MARTIS ❧ CVM OPTIMVS MAXIMVSQVE ‖ PRINCEPS TRAIANVS HADRIANVS AVG · SCRIPSERIT MIHI VTI ADHIBITIS MENSO‖RIBVS DE CONTROVERSIIS FINIVM INTER LAMIENSES ET HYPATAEOS COGNITA CAVSA ‖ TERMINAREM EGOQVE IN REM PRAESENTEM SAEPIVS ET CONTINVIS DIEBVS ‖ FVERIM COGNOVERIMQVE PRAESENTIBVS VTRIVSQVE CIVITATIS DEFENSORIBVS 3) ‖ ADHIBITO A ME IVLIO VICTORE EVOCATO AVGVSTI MENSORE ❧ PLACET INITIVM ‖ FINIVM ESSE AB EO LOCO IN QVO SIDEN 4) FVISSE COMPERI QVAE EST INFRA CON‖SAEPTVM CONSECRATVM NEPTVNO 5) INDEQVE DESCENDENTIBVS RI*g*OREM SER‖VARI VSQVE AD FONTEM DERCYNNAM QVI E*s*T TRANS FLVMEN SPERCHION I*ta ut per* ‖ AMPHISPORA LAMIENSIVM ET HYPATAEORVM RI*g*OR AT FONTEM DERCYNN*am supra* ‖ SCRIPTVM DVCAT ET INDE AT TVMVLVM PELION PER DECVRSVM SIP · · · · · · · ‖ AT MONIMENTVM EVRYTI 6) QVOD EST INTRA FINEM · · · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ ERYCANIORVM 7) ET PROHERNIORVM 8) · · · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · STRAXVM ET SID · ‖ · · · · · · · · · · CONST · —

1) sc. Macedoniae. — Ipse Gellius Augurinus ignotus est; Sentium tamen quendam Augurinum editor Graecus invenit apud Plin. epist. IV, 27, 9, 8. 2) Cf. Or. 3671, et Grut. 209, 1, ubi legitur *ex tilia recitavit.* 3) Cave cogites de defensoribus aetatis posterioris, qui iidem fere sunt cum *patronis* civitatum (cf. Philippi, *Rh. Mus. n. F.* VIII, p. 507 seqq.); at cum nostris cf. nn. 3908. 3909. 7088 a cet. — Male pro *evocato* Pap. *advocato* scribendum proposuit; satis enim notum, mensores saepe esse sive centuriones, sive evocatos; cf. 6618. 4) Ignota civitas vel pagus. 5) Lamienses originem civitatis ad Lamiam quandam referebant (Steph. B. s. v.), filia autem Neptuno etiam Lamia erat (Paus. X, 12, 1). 6) Oechalia Euryti civitas a ve-

teribus tum in Euboea insula, tum in Messenia vel in Thessalia ad Peneum collocari solet; a nonnullis tamen etiam in Trachinia sita fuisse traditur (Steph. B. s. v. *Οἰχαλία* et Strab. X, 1, 10, p. 448 C.), eamque narrationem Lamienses quoque et Hypataeos secutos esse Euryti monumento evincitur. 7) De his nihil reperire contigit. 8) *Proërna* s. *Prourna* civitas Thessaliae; cf. Steph. B. s. v.; Strab. IX, 5, 10 p. 434; Liv. 36, 14.

Ad n. 6956: quae de explicando titulo sane difficili M. proposuit, mihi certe ingeniosius quam verius videntur disputata esse. Ut enim taceam de genetivo contra usum anteposito, magistratus in provincia monetae praepositus, si *pro III viro* (*a · a · a · f · f ·*) dicebatur, nullo modo *praefectus quaestoris* appellari poterat, quum re vera praefectus esset IIIvirum. At probandum erat, *triumviros* monetae Romanae praepositos provinciarum quoque monetam administrasse. Praeterea minus recte numerum illum IIII cum praefectura fabrum idem v. d. composuit; nam *praef. fabrum* (legati) *consularis* Gallus minime in Africa fuerat, ubi summus quidem magistratus erat *proconsul*, legati vero viri *praetorii*. Quapropter meam sententiam teneo, Gallum ratus post aedilitatem quater fuisse in civitate *praefectum pro IIIviro* (non II, vel IIII*viro*, ut male proposui; cf. 7419, a), deinde primo quinquennaliciis ornamentis, mox ipsa quinquennalitate bonoratum, praefectum denique iuri dicundo factum esse.

CAPVT XVI. RES MVNICIPALIS.

§ 3. adde hos titulos:

7420 e β. Q · ALLIO · Q · F · C · L[1]) PVDENTILLO ‖ AVGVRI ‖ CVRIAE · XXIII · [2]) ET ‖ MINIST*ro*RVM ‖ AVG · AERE ‖ COLLATO — *Porto Torres* Sardiniae, nunc in Museo Sassaritano. Bull. Sardo, inscr. n. 11; inde Bull. Inst. Arch. 1855, p. XLIV.

1) l. CL*audia* tribu. 2) Augur curiae alicuius mihi certe novus; sed cf. *haruspicem legionis III Aug.* Fortasse explicandum erit: *curiae XXIII et ministr(i la)rum aug*, licet non videam, quomodo curiae XXIII cum collegio illo servorum et libertorum coniungi potuerint. — Curias XXIIII Lanuvinas habes n. 3740; curiam Aserniam Caeritum n. 5772; porro haud raro commemorantur *curiae* in civitatibus Africanis, e. g. Maff. M. V. 458, 7; 462, 3; 462, 5 = Or. 3727, quibus exemplis inscriptiones sequentes adiungere placet recens editas:

7420 f. L · POSTVMIO FELICI ‖ CELERINO A MIL[1]) FLAM ‖ AVG PP[2]) PONTIFICI $\overline{II}$ VIR ‖ OB MAGNIFICENTIAM ‖ GLADIATORII MVNERIS ‖ QVOD CIVIBVS SVIS TRI‖DVO EDIDIT QVO OMNES ‖ PRIORVM MEMORIAS ‖ SVPERGRESSVS EST OB‖QVE EIVS INNOCENTIAM ‖ SPLENDOREMQVE ET ‖ IN PATRIAM SVAM IN‖COMPARABILEM AMOREM ‖ SINGVLAE CVRIAE SINGVLAS STATVAS DE SVO POSVERVNT ‖ VT EXIMIAM VOLVNTATEM EIVS ‖ TANTI HONORIS TITVLIS ‖ ADAEQVARENT — „*trouvée près de Dréan sur la rive droite de la Seibouse à* 16 *kilomètres au sud-est de Bone.*“ Renier, *Mél. d'épigr.* p. 220, qui Hipponensibus titulum tribuit.

1) A MIL*itiis*; cf. ad 6849. 2) FLAM*ini* AVG*usti* Per*Petuo*.

7420 f α. IMP CAES M AVRELIO SE*vero alexandro* || PIO FELICI AVGVSTO *pont · max · et · iuliae* || *mammaeae aug · matri · aug · et castr · et senat* || CVRIAE SABINAE[1]) SENIORES QV*orum nomina infra scripta sunt* (sequuntur col. I. quattuor FL*amines* PP (*perpetui*), tres IM*munes* PP (*perpetui*); alii lapidis ruptura perierunt; in col. II. munera nominibus adiuncta itidem perierunt). Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 91, cuius supplementa recepi; v. 3. scalpro deletus; nomen *M. Aurelii Se*(*veri*) erasum, sed legitur adhuc.

1) In gradibus amphitheatri Lambaesitani leguntur praeterea *curiae* ANTONINIANA, AVG*usta*, PAPIR*ia*, SATVRNIA, TRAIANA; l. l. 185. — Cf. praeterea de curiis municipiorum tabulas celeberrimas Malacitanas n. 7421 et quae ad eas adnotavit Mommsenius, *die Stadtrechte der Lat. Gemeinden Salpensa und Malaca* p. 409 seqq.

§ 4. *ordinem castelli* habes in hoc monumento:

7420 f β. CERERI || AVG · SACR || IVLIA · MVS||SIOSA · KASA||RIANA · EX || CONSENSV || ORDINIS · CAS||TELLI · ARSA||GALITANI ❧ || SVA · PECVNIA || FECIT || L · D · D · D — „*Dans la région de Chettâba*, 5 *lieues de Constantine.*“ *Athénaeum français*, 1855, n. 28. p. 702. Dedit mihi Gomonde Britannus.

§ 6. ad n. 7043: sciscitanti mihi rescripsit v. c. Carolus Gemmellarus professor Catinensis, cippum illum in fundo quodam ducis Carcaci, qui situs est prope collem D. Clarae, ubi antiquorum Catinensium necropolis fuit, anno 1832 effossum, ibidem a se descriptum et delineatum esse; nunc vero exstare in villa eiusdem ducis prope SS. Mariae et Iesu extra moenia civitatis. Patet igitur de falsitate omnino non posse cogitari. Accedit, quod falsi tituli Catinenses Romae fere omnes ex exemplis Romanis incisi sunt.

§ 7. ad Or. 3839: titulus ita fortasse corrigendus est: II*v*IR . I · D || ITER(*um*) vel TER QVINQ. — Ariminensium triumviris adde Cirtenses 6956. 7419 a.

§ 9. ad 7063: confirmat tamen meam de aetate satis antiqua sententiam, quod cognomine Centonius caret.

§ 10. ad n. 3882: exstat in Museo Vaticano, id quod ideo hic adnoto, ne quem decipiat Sartius apud Mommsenium, l. l.

§ 16. hic insere tabulas Malacitanam et Salpensanam n. 7421, quibus plurimae partes rei municipalis optime illustrantur.

CAPVT XVII. COLLEGIA, CORPORA CET.

Post n. 7206 insere titulos Puteolis nuper effossos, quos edidit et commentario instruxit Iulius Minervinius, Bull. Nap. N. S. IV, p. 3.

7421 α. IMP · CAESARI || DIVI · HADRIANI · FIL · || DIVI · TRAIANI || PARTHICI · NEPOTI || DIVI · NERVAE · PRON̄ || T · AELIO · HADRIANO || ANTONINO · AVG · PIO || PATRI · PATRIAE || PONTIFICI · MAXIMO || TRIB · POTES · II̅ · COS · II ·[1]) || COLLEGIVM || SCABILLARIOR || QVIBVS · S · C · COIRE · LICET || L · D · D · D —

1) Annus est 139.

7421 β. FAVSTINAE · AVG ‖ IMP · CAESARIS ‖ T · AELI · HADRIANI ‖ ANTONINI · AVG · PII · P · P · ‖ TRIBVNIC · POT · III · COS · III [1]) ‖ COLLEGIVM ‖ SCABILLARIORVM ‖ QVIBVS · S · C · COIRE · LICET ‖ L · D · D · D —

1) A. 140.

7421 γ. *im*P · CAESARI ‖ *m* · AVRELIO ‖ *a*NTONINO · AVG · ‖ *di*VI · ANTONINI · F · ‖ *di*VI · HADRIANI · NEP ‖ *divi* TRAIANI · PARTHIC · PRON ‖ *divi* · NERVAE · AB · NEPOTI · ‖ *pon*TIF · MAX · TRIB · POT · XV ‖ COS · III [1]) C · IVLIVS · FORTVNATVS ‖ QVINQVENNALIS ‖ NOMINE · SOCIORVM ‖ SCABILLARIOR · PVTEOLANORVM ‖ QVIBVS · EX · S · C · COIRE · LICET · ‖ PEQVNIA · SVA · DONVM · DAT ‖ L · D · D · D —

1) A. 161. — De *scabillariis* cf. Or. 2643 et quae ad illustrandos titulos Puteolanos Minervinius attulit, l. l. et praesertim p. 49.

N. 7195 = 6479.

N. 7215 a: nuper edidit I. B. de Rossi, Bull. Inst. Arch. 1855, p. LI. — De nota HH verum vidisse Mommsenium mihi certe persuasum est.

CAPVT XVIII. ARTES ET OPIFICIA.

Ad n. 4263, not. 3: scr. anni 764 = 11 p. Chr.; cf. n. 6442.

Ad n. 7286: v. 2. scribe ALIARIO; ipse vidi.

CAPVT XX. SEPVLCRALIA.

§ 1. 7421 δ. DIS · M · SACRVM ‖ C · CARMINIVS · VA‖LES · MIL · LEG · VII · G · F ‖ 7 LAECANI · ANNO ‖ XXX · MILITAVIT · A‖NNOS · VIII · HIC ‖ SEP · EX · CAVTION ‖ TESTAMENTO · SVO ‖ *fact*A · HEREDI ‖ S · · · · · · IVI — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 490.

7421 ε. D M ‖ P · CERENIVS (sic) · P · F ‖ QVIR · SEVERVS ‖ DVRRAC · VET · LEG · III · AVG ‖ VIX · ANNIS · LX ‖ CVM · SIBI · IN · FVNVS ‖ ET · MONIMENTVM ‖ HS · II · MIL · EROGARI · CA‖VISSET · P · CERENNIVS ‖ PRIMITIVOS · FILIVS ‖ ET · CERENNIA · HILARA ‖ LIB · ADIECTIS · DE ‖ SVO · HS · Ð · N ‖ B · M · F ‖ H · S · E — Ibd. l. l. 503.

§ 10. ad n. 7410: est apud Fabr. 421, 387; inde in Anthol. Burm. IV, 377; Meieri n. 1502, ubi videsis. Nuper de hoc titulo egit O. Iahn, *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1851, p. 178 seqq.

INDICES.

* significat titulos Orellio suspectos, *sp.* eos, qui mihi suspecti sunt.

7421. Tabulas aeneas anno 1851 Malacae effossas primum publici iuris fecit v. cl. Rodriguez de Berlanga (*Estudios sobre los dos bronces encontrados en Malaga a fines de Octubre de* 1851, *Malaga* 1853, 8), neglecta tamen et columnarum et versuum distributione. Hunc secutus est Mommsenius, qui luculento instructas commentario denuo eas edidit (*die Stadtrechte der Latinischen Gemeinden Salpensa und Malaca in der Provinz Baetica*, Leipzig 1855, 8, ex *Abhh. d. k. S. Ges. d. W. vol.* III, p. 363 seqq.). Postea ectypum chartaceum summa diligentia confectum ab ipso possessore, Georgio Loring, viro egregio et quam maxime liberali, curantibus vv. exc. de Thile, regis Borussorum apud summum pontificem oratore, et de Minutoli, eiusdem apud Hispanos proxeno, ad Institutum archaeologicum Romanum missum est; ex quo ipse in Bullettino Instituti 1855, ad p. XL tabulas proposui. — Denique Mommsenius, praeter ectypum chartaceum et exemplum editionis Hispanicae ab ipso editore correctum opera usus v. c. Cats Bussemaker Batavi, qui eius gratia ipsum monumentum excussit, ita tabulas edidit, ut de omnibus locis antea incertis nunc plane videatur constare (*die Stadtrechte etc. Nachtrag*, *Abhh. d. k. S. Ges. d. W. vol.* III. p. 489 seqq.). Eius igitur lectionem ita ubique secutus sum, ut in interpungendis tantum verbis litterisque maioribus notandis haud raro ab exemplo eius discederem; de quibus minutiis difficile iudicium erat in ectypo chartaceo, in quo ipsae litterae I, T, E aegre nonnunquam distinguuntur. — De ipsis rebus cf. commentarium Mommsenii, a quo quae emendata vel adiuncta sunt, uncis quadratis, quae vero explicata, uncis rotundis inclusi. Libellum Eduardi Laboulaye (*les tables de bronze de Malaca et Salpesa traduites et annotées etc. Paris* 1856, 8.), quo monumenta quam maxime insignia pro suspectis habenda esse demonstrare conatus est, hoc loco commemorasse sufficiat.

I. AES SALPENSANVM.

ABIERINT · [1]) CVM PARENTIBVS · CONIVGIBVSQVE HAC LIBERI[2]) QVI LEGITVMIS · NVPTIS QVAE
SITI · IN POTESTATEM · PARENTIVM · FVERVNT[3]) · ITEM NEPOTIBVS · AC NEPTIBVS FILIO
NATALIS[4]) QVI QVAEQVE IN POTESTATE PARENTIVM FVERINT · DVM NE PLVRES C · R
SINT · QVA[5]) QVOD · EX H · L · MAGISTRATVS CREARE OPORTET
5 R · [6]) VT QVI CIVITAT · ROMAN CONSEQVANTVR MANEANT · IN EORVNDEM MO M[7])
POTESTATE

QVI QVAEQVE EX H L · EXVE · EX EDICTO [8]) IMP · CAESARIS · AVG · VESPASIANI IMPVE TITI
XXII CAESARIS · AVG · AVT IMP · CAESARIS · AVG · DOMITIANI · PP · CIVITATEM ROMAN
CONSECVTVS CONSECVTA · ERIT · IS EA · IN EIVS · QVI · C R · H · L · FACTVS · ERIT · POTESTATE
10 MANV · MANCIPIO · CVIVS · ESSE · DEBERET · SI CIVITATE ROMANA[9]) MVTATVS
MVTATA · NON ESSET · ESTO · IDQVE · IVS TVTORIS OPTANDI HABETO QVOD
HABERET · SI · A CIVE ROMANO · ORTVS · ORTA · NEQ · CIVITATE MVTATVS MV
TATA · ESSET · R VT · QVI C R · CONSEQVENTVR IVRA · LIBERTORVM · RETINEANT

QVI QVAEVE · H L · EXVE EDICTO · IMP CAES · VESP · AVG · IMPVE · TITI · CAES · VESPASIAN AV
XXIII 15 AVT · IMP · CAES · DOMITIANI · AVG · C · R · CONSECVTVS · CONSECVTA · ERIT · IS IN
LIBERTOS LIBERTASVE SVOS SVAS PATERNOS · PATERNAS QVI QVAE IN C · R · NON
VENERIT · DEQVE BONIS · EORVM EARVM ET IS QVAE LIBERTATIS CAVSA · INPOSITA
SVNT IDEM IVS EADEMQVE CONDICIO · ESTO · QVAE ESSET · SI CIVITATE MVTATIS
MVTATAE[10]) NON ESSET · R DE PRAEFECTO IMP CAESARIS DOMITIANI · AVG ·

SI EIVS · MVNICIPI · DECVRIONES · CONSCRIPTIVE MVNICIPESVE · IMP CAESARIS[11]) DOMITIAN
XXIIII AVG P · P · IIVIRATVM COMMVNI NOMINE · MVNICIPVM EIVS · MVNICIPI · DE
TVLERANT · [12]) IMPVE DOMITIANI · CAESARIS[13]) AVG · P · P · EVM · IIVIRATVM RECEPERIT
ET · LOCO SVO · PRAEFECTVM · QVEM · ESSE · IVSSERIT · IS · PRAEFECTVS · EO V E[14])ESTO QVO
ESSET · SI EVM IIVIR I · D · EX · H L · SOLVM · CREARI · OPORTVISSET · ISQVE · EX H L SOLVS ·
25 IIVIR · I D CREATVS ESSET · R DE IVRE · PRAEF · QVI A IIVIR RELICTVS SIT

EX IIVIRIS QVI IN EO MVNICIPIO · I · D · P[15]) VTER POSTEA · EX EO MVNICIPIO PROFICISCETVR
XXV NEQVE EO DIE · IN · ID MVNICIPIVM · ESSE SE REDITVRVM · ARBITRABITVR QVEM
PRAEFECTVM · MVNICIPI · NON · MINOREM · QVAM · ANNORVM · XXXV · EX
DECVRIONIBVS · CONSCRIPTISQVE · RELINQVERE · VOLET · FACITO · VT · IS · IVRET PER
30 IOVEM · ET DIVOM · AVG · ET · DIVM CLAVDIVM · ET · DIVOM VESB[16]) AVG ET DIVOM
TITVM · AVG · ET GENIVM · IMP · CAESARIS · DOMITIANI · AVG . DEOSQVE PENATES
QVAE · IIVIRI · [17]) QVI · I D · P H L · FACERE OPORTEAT · SE DVM · PRAEFECTVS ERIT DP[18]) QVAE EO
TEMPORE FIERI POSSINT · FACTVRVM · NEQVE ADVERSVS EA · ACTVRVM · [19]) SCIENTEM
D M · ET CVM · ITA IVRAVERIT PRAEFECTVM EVM EIVS MVNICIPI · RELINQVITO · II[20])
35 *QVI · ITA PRAEFECTVS* · RELICTVS ERIT · DONEC · IN · ID · MVNICIPIVM ALTERVTER EX IIVIRIS
ADIERIT · IN OMNIBVS REBVS · ID IVS · ERQVE[21]) POTESTAS ESTO PRAETER QVAM DE PRAEFEC
TO RELINQVENDO ET DE C R CONSEQVENDA QVOD IVS QVAEQVE POTESTAS · H · L ·
IIVIRI · IN[22]) IVRE DICVNDO PRAEERVNT · DATVRISQVE DVM PRAEFECTVS ERIT · QVO
TIENSQVE MVNICIPIVM EGRESSVS · ERIT NE PLVS QVAM SINGVLIS DIEBVS ABESTO ·
40 R DE IVRE IVRANDO IIVIR ET AEDIL ET Q

